6 mod. conueniunt in hoc. s. † ꝙ cõpromissum in arbitratorem assumptum super eo, de quo est lis vel timetur aut speratur lis est quedã trãsactio largo modo sumpta per laudũ futurũ. Itez conueniunt mod. ꝙ arbitramẽtũ seu laudum arbitratoris est transactio

actio q̃dã generaliter sumpta iuncto cõpromisso vel cõpositiõis antea facte seu trãsactionis declaratio. nõ ergo ꝓprie trãsactio, sz large ⁊ improprie seu iplicite faciẽda ꝑ eo qó laudabit ille in quẽ ẽ cõpromissuz ꝟz Ang. q idẽ dicit i. d. anct. vt differẽtes indices. §. j. lõ nõ regrunt in hoc cõpromisso seu arbitramẽto substãtialia trãsactionis vt nõ valeat de aliquo dato vel retẽto ⁊ nõ gratuito, vt dixi. §. q. j. qz si hoc esset nunq̃ arbitrator posset in totũ absoluere vel in totũ cõdemnare, ⁊ tñ certũ est qó arbitrator põt in totũ absoluere ⁊ in totũ cõdẽnare ſm Bar. ⁊ alios in dictis locis merito ergo ne sequat dictũ absurdũ dõz esse qó ẽ trãsactio improꝓria ⁊ largo mõ regrunt tm̃ substãtialia trãsactiõis in cõpromisso in arbitratorẽ ex laudo inde secuto quãtũ ad hoc, vt sup quo est laudũ lis fuerit an esse potuerit. Qó q̃liter intelligat videbimus in. q. ix. xviij. dixit em̃ Uber. vt refert Bald. in
7 addi. Spe. in ti. de arbi. vers. vbertus. qó† cõpromissuz in arbitratorẽ nõ est ꝓprie cõpromissuz, sed quoddã pactũ. i. qñ fit sup ꝯctu ſm Guil. ibi in Spec. sed sup lite est vex cõpromissuz. vñ infert ibi ad statutũ Perusinũ qó disponit vel quo cauet q nõ valeat ꝙpromissuz, nisi in pñtẽ ⁊ acceptãtẽ ⁊c. nã si de lite cõpromittat, ꝟz locũ statutũ, si aũt declaratio ꝯctus cõpromittat non ꝟz locũ statutũ, sz ius cõe ⁊ sic vz. de quo ibi vide latius. dicit ẽt Bal. in. d. ti. de arbi. in prin. qó qñ arbitrator eligit sup lite tũc ꝟz viz trãsactionis tñ differt a vera trãsactione, vt qz in trãsactione vera sicut in ſnia tolerat ois lesio ꝓp eius auctoritatẽ in. l. Incius. §. fi. ff. ad treb. Secus i arbitramẽto, qz vł cõpromissuz sub spe future eq̃ ꝓnũtiationis. hec tñ spes nõ facit q̃ditionẽ, sed modũ, ⁊ exceptionẽ parit ⁊ ius petẽdi restitutionẽ. Nã si inesset vt
8 q̃ditio nõ valeret laudũ ipo iure qó est falsuz. †nã nec dolus nec culpa arbitratoris reddit laudũ nullũ, sed parit exceptionẽ. l. nõ distinguemus. §. cũ qdã. ⁊. l. ita demũ. ff. de arbi. vt ibi latius per Bal. q subdit eo. ti. in. iij. car. ver. arbitratus. qó si qs diceret qõ declaratio arbitratoria est trãsactio, rñderet idẽ inueniri in alio casu sz in. l. si de possessione. C. de trãs. qó dicit esse not. q̃si dicat eo casu dł trãsactio, ⁊ tñ nõ q̃currãt ea de qbus in. l. trãsactionis. C. eo. ti. ergo ⁊ pariter dici põt de arbitramẽto. Qñ eligeret arbitrator sup ꝯctu, tũc in ꝙpromissuz possit dici trãsactio iũcto laudo. vł ex ꝑmissis inferri q nõ. Sz circa hoc vide oino Pau. de ca. cõsi. lxxiij. ⁊ doc. in. l. si qs arbitratu. ff. de ver. ob. ⁊ in. d. l. fi. C. de ꝯbẽ. emp. ¶ Aduerte ẽt circa ꝑmissa qó si qdẽ dictũ laudũ seu arbitramẽtũ post q̃ fuit platũ ⁊ publicatũ partibus partes approbarũt ⁊ emologarũt, tũc bñ dici põt idẽ ꝑ oia q in trãsactiõe ꝓpria, si q̃currãt ea de qbus dixi. ij. q. j. Ita not. dixit Pet. de anch. in disputa. sua q̃ incipit. cũ C. laicus. ⁊ in antepe. col. Et ita dł posse intelligi in. d. auc. vt differẽtes indi
9 ces. §. j. ſ. vt arbitramẽtũ sit trãsactio ꝓprie sumpta † qñ ẽ firmatũ q̃sensũ partiũ, qñ ℞o nõ accessit q̃sensus partiũ arbitramẽto inde lato, tũc intelligas qó arbitramẽtuz est q̃dã trãsactio largo mõ sumpta, vt dixi. §. ⁊ adde q dł in. q. iiij. posset ẽt tẽtari q qñ arbitramẽtũ esset ꝓpriũ taliter q effectus laudi nõ latuisset partes cõpromittẽtes tpe ꝙpromissi, vt qz arbitrator dixit sic laudo tũc tale arbitramẽtũ fit ꝓpria trãsactio eo casu neutra dicturuz partiũ posse sub ꝓtextu grauaminis recurrere ad arbitriuz boni viri. ita sin. dixit Bal. in. l. vẽditor. C. de rescin. ven. ꝑ illũ tex. q dictũ mirabiliter extollit põta. i rub. ff. de arbi. ⁊ istud nũq̃ transadas obliuiõi de quo nũc qõ pẽdet. Finis aut refutatio seu remissio ⁊ hmõi referunt ad idẽ quodãmõ. nõ em̃ adeo eqpollẽt quin diuersuz bẽant significãdi modũ nec valẽt si instã cãm ⁊ titulum nõ q̃tinẽt sicut cessiões, vt i. c. si cautio. ó fid. istr. ꝟz spe. i. d. tit.
10 de trãs. adde bal. i. l. de fideicõmisso. C. ó trãs. †Renũtiatio ℞o ꝟz spe. idẽ est ꝓprie q rei vel iuris spõtanea refutatio, de q̃ ẽt vide Bal. i rub. ⁊ in. l. j. C. de pac. ⁊ q̃ dixi in tra. ó pactis. in prin.

SVMMARIVM

1 Transactio an sit contractus an distractus.
2 Pactũ de nõ petẽdo qñ ꝯctus ⁊ qñ distractus dicatur.
3 Statutum quod de contractu loquitur, quando ad distractum extendatur.

1 **Quarto quero** †vtrũ trãsactio sit ꝯctus vel distractus Bal. in repe. l. ij. ff. ó in reiu. dicit q aut q̃sideramus trãs. respectu suiipsius ⁊ dł ꝯctus, qz in eo bincinde ꝯbit noua obligatio, aut q̃sideramus respectu ꝯctus ⁊ obligatiõis sup q̃ trãsigit ⁊ dł distractus q̃ ℞ba no. nec incõuenit q vnus ⁊ idẽ actus vna q̃sideratiõe sit distract⁹ ⁊ alia sit ꝯctus, vt in si. in. l. in enumerationibus. ff. de sol. ⁊ ibi ꝑ bar. ⁊
2 doc. i. l. si vn⁹. §. pactus ne peteret. ff. ó pac. vbi habemus † q pactũ ó nõ petẽdo qó ẽ liberatoriũ inquãtũ tollit nãle ⁊ parit exceptionẽ, dł distractus. sz inquãtũ ille q ꝓmisit nõ petere obligat naliter ad nõ petẽdũ dicta q̃stio eo respectu dł ꝯctus. vñ bal. iferebat i q̃si. incip. ille nõ dł ⁊c. q ſtãte statuto ꝓhibẽte ꝯctũ ⁊ obligationẽ dictũ ꝯctũ de nõ petẽdo i vi ꝯctus ⁊ obligatiõis nõ valebit ob. statuto, sz in viz distractus. i. quoad liberationẽ vale
3 bit, qó bñ no. ¶ † Sed vtruz statutuz loquẽs de ꝯctu extendat ad distractũ, dõm vt ꝑ doc. in anct. sacra pube. C. si aduer. vẽd. subdit Bal. in. d. q̃si. qó si q̃stuetudo loquẽdi, ita se hz q noie ꝯctus intelligat omne instrm̃, vt cõiter dicũt, tũc applone ꝯctus in statutis cõprehenderet ẽt distractus qó est bñ notandũ. Qó aũt trãsactio sit ꝯctus, est text. in. l. cuz te transigere egisse. C. de transl. sicut ⁊ pactũ est q̃tractus vt no. in. l. j. ff. de act. ⁊ obli. ⁊ hł in. l. j. de pact. adde etiaz q compromissuz qó est transactio quedam in genere vt. §. dixi. in precedenti. q. est etiaz ꝯctus, vt. l. iij. §. sed si filius. ff. de pe. ſm Guil. ⁊ Bar. ibi.

SVMMARIVM

1 Transactio an sit contractus nominatus vel innominatus, stricti iuris aut bonefidei.
Transactio quis innominatus contractus sit censendus.
2 Cõtractus trãsactionis proprie sumpte an sit bonefidei vel stricti iuris.
Delegatio ⁊ nouatio que dolo innititur ipso iure annullatur.
4 Compromissuz in arbitratorem stricti iuris esse censetur.
5 Arbitramẽtũ seu laudũ a partibus ratificatũ bonefidei eẽ põt.

1 **Quinto quero** †posito qó trãsactio ꝓprie in specie sumpta sit ꝯctus, q̃s ꝯctus sit, noiatus, bonefidei vel stricti iuris. dicas q ẽ inoiatus, vt ꝑ bar. ⁊ alios plene in. l. sine apud acta. C. de trãs. vbi assignãt rõnes q bus adde aliã rõnẽ eiusdẽ Bar. i. l. ij. ff. de iureiu. vbi dicit q iõ trãsactio ꝓprie sumpta de q̃ loq̃t i ti. ó trãs. ẽ ꝯctus inoiatus, qz hz nomẽ generis. i. qz istud nomẽ trãs. tãq̃ gñale oẽ actũ cõprehẽdit ꝑ qnẽ a lite discedit vt dictũ fuit. §. q. iij. compromissuz aũt in arbitratorẽ q vt sepius est dictũ est q̃dã trãsactio i genere lz sit ꝯctus. vt. §. dixi in. q. ꝓcedẽti, tñ nõ est ꝯctus inoiatus nec innoiatus alicuius speciei ex illis q̃tuor de qbus in. l. nãlis. ff. de ꝑscri. ver. sz est idẽ q stipło si iteruenit vel idẽ q pactũ nudũ si stipło defuit. nã ⁊ pactũ nuduz dł ꝯctus innoiatus. i. non vestitus ⁊ conuentio quedã in genere, vt no. in. d. l. j. ff. de ac. ⁊ obl. Similiter ⁊ compromissum in arbitruz est q̃tractus qdam qui est idez quod stipulatio si iteruenit vel idez q pactũ si stipło nõ interuenit vt colligit a dictis doctoribus. in. l. si qs arbiter. ff. de verboz obli. cũ si. Cũ igit q̃clusuz sit q trãsactio ꝓprie sumpta sit ꝯctus
2 innoiatus, videamus quis ꝯctus innoiatus sit. †Et breuiter cõcludendo põt adaptari q possit eẽ cuiuslibet speciei ex illis quatuoz de qbus in. d. l. naturali. nã si actor petebat sibi dari funduz vel aliã rẽ ⁊ trãsigendo pepigerũt q actor iret Romã pro reo ⁊ reus daret sibi fundũ esset certe ex parte actoris facio vt des, ex parte rei esset do vt facias. Si vero transegissent q actor daret reo cẽtũ ⁊ reciperet fundũ, vt. C. de trãs. l. si sup possessione. tunc ex vtraq̃ parte esset do vt des, posset ẽt dictus trãsactiõis q̃tractus adaptari ad eas species q̃tractus innoiati, vt de se pz. Igit conclude q̃tractuz trãsactionis posse cadere in quãlibet speciez q̃tractus innoiati, vt hł per gl. Bart. ⁊ alios in. d. l. sine apud. vbi videre potes ad saturitatẽ. compromissum vero in arbitratorẽ vł cẽsendũ aliter, vt. §. dixi. ⁊ pz ex eo, qz secuto iplemẽto ab altera partiũ nõ reperies dari prescriptis verbis, vt. j. alibi patebit. bene fateor qó si laudo secuto ⁊ emologato a partibus posset teneri landi adaptari alicui ex illis specialibus q̃tractuz innominatoz de qbus in. d. l. naturalis. qó tunc illius speciei censeret, alias nõ, ar. coz q̃ dixi. l. q. iij. circa fi. duz allegani Pet. de anch. q̃ ℞ba no. diligenter, qz nullibi reperies ita declarata.
3 †An anté q̃tractus trãsactionis ꝓprie sumpte sit bonefidei vel stricti iuris, diuersi diuersa sentiunt. Cy. in. l. sũmario. C. de trãs. ⁊ Bal. dixit q est semp stricti iuris, eo qz non est numeratus in §. actionũ. insti. de ac. ⁊ ideo si sit facta sup actione vel q̃tractu bonefidei dicunt q opus est actiõe de dolo ad rescindẽduz. ar. in. l. actione. C. de trãs. ⁊ in. l. si quis cum a lite. de verb. obl. ⁊ idẽ tenẽt Saly. Pau. de ca. in. l. sub ꝓtextu. C. de trãs. ⁊ in. l. in summa. ff. de condi. inde. Idẽ tenuit do. Fran. de rampo. in. d. l. sub ꝓtextu. ar. no. in. d. §. actionũ. vt refert Innoc. in. c. j. de depo. sz Bart. in. d. l. sub ꝓtextu. ⁊. d. l. sine apud acta. ⁊ in. d. l. in sum. ⁊

in.l.de tutela.C.de in inte.restitu.mi.dixit.qđ qñqz est stricti iuris,qñqz bonefidei,si enim fiat trãsactio sup actione bonefi.sapit nãm bonefi.si enim fiat sub actione stricti iuris,vt p eũ late in dictis locis.ꝛ hãc opi.Bar.Ant.de bu.i.d.c.j.đ depositi.dicit esse substãtialẽ,qz dz attẽdi mã sup q̃ fiat trãsactio,ar.no.in.l.ij.C. de rescin.ven.ꝛ idẽ sequit imo.in.d.c.j.arg.l.si mater.iũcta gl. ꝛ ibi p Bar.C.de dolo.ꝛ d.l.de tut.p q̃ iura dicit suppleri tex. d.§.actionũ.ꝛ huic opi.Barto.in cuius dictis solet esse veritas adherẽdũ puto,p q̃ est tex.optimus in.l.ab empt.ff.de pac. vbi resolutio cẽseat bonefidei si obligatio ex q̃ctu.erat bonefidei,ꝟz Bar.ibi p illũ tex.ad idẽ tex.ꝛ ibi Bart.in.l.elegãter.§.nõ solũ.ff.de don.ad idẽ ẽ text.quẽ põderat ibi Põta.in.l.si cũ dotẽ
4 §.si mulier.soluto mrimonio.† vbi delegatio ꝛ nouatio dolo inita est ipso iure nulla sicut q̃ctus dotis erat nullus.l.si vt gñalis. in prin.de iure dotiũ.p doctrinã ẽt Bar.habemus glo.fin.in.l. si qs cũ alt.ff.de verb.obl.p q̃ Bal.in.l.dolo.C.de inuti.stip.di cit qđ qñ q̃ctus est duplex.s.bonefidei,ꝛ stricti iuris i eo.instro, vt qz vendidi tibi ementi ꝛ stipulãti sicut emptio nõ vz ipso iure rõe doli similiter ꝛ stipło ipo iure nõ vz cũ veniat in quãdã q̃naz ad bonefidei acti.qđ no.ꝛ adde de materia stipłonis q̃ dixi in.l. singularia.ff.si certũ peta.post Bar.nõ ob.tex.i d.l.i actióe.nã ibi dat actio de dolo nõ ad rescindẽdũ q̃ctũ trãsactio.qz ille fuerat nullus.Sed ad perimẽdã liberationẽ factaz p acceptilationẽ,ꝛ iõ reuocat p acti.de dolo sicut traditio facta occasione q̃ctus bonefidei dolo initi.d.l.summario.cũ gl.C.de trãs.p Bar. in.d.l.actione.ꝛ latius in.l.elegãter.ff.de dolo.vbi oino videas. ꝛ ex his vident declarata ar.Bal.ꝛ tenẽtiũ simplr q̃ est stricti
5 iuris.† Cõpromissuz no in arbitratorẽ,ꝛ eius arbitramẽtum an sit stricti iuris.satis vt q̃ sic.ar.no.in.d.§.actionũ.ꝛ in.c.cum venerabilis.de exce.Jtẽ ex eo q̃ cõpromissuz nõ annullat ipso iure pp doli internẽtũ vt tenẽt cano.in.c.ij.de arbi.sed p doli ex cep.C.de inuti.stipu.l.dolo.pz ex alia.nã siue cõpromissuz q̃sideret vt pactũ,siue vt stipło vt paulo añ dicebat q̃stat tã pactũ q̃z stipło esse stricti iuris,vt hr in.d.§.actionũ.ꝛ de pacto hr specia
6 liter in.l.cũ postea.C.de pactis.ꝛ ibi dixi post dñm meũ.† Tũc añt qñ arbitramẽtũ seu laudũ esset a partibus ratificatũ ꝛ approbatũ. putarez nõ incongrue dici posse q̃ sit,qñqz bonefi.ꝛ qñqz stricti iuris,ꝟm actionẽ sup q̃ fuit cõpromisso medio laudũ datũ.argu.in si.dixi in questi.prece.ꝛ ẽt superius q̃ nba no.diligẽter.Jtẽ trãsactio vt puto est q̃ctus iurisgẽ.eadẽ rõe q̃ acceptilatio ad q̃dã quo dr esse iurisgẽt.ꝛ quo ad q̃dã,scz pp pactũ ꝛ q̃sensuz quẽ in se q̃tinet est de iure natura.l.an inutilis.§.filinsfa.ff.de accepti.ꝛ ibi p gl.Jaco.de areti.Bar.ꝛ imo.itẽ qz regulariter oẽs q̃ctus q̃stat esse iurisgẽ.exceptis q̃busdã inter quos hic non reperit.l.ex iuregẽ.ff.de iusti.ꝛ iure.ꝛ instit. de iure natu.gen.ꝛ cini.ꝛ in auct.vt spon.lar.§.j.ꝛ in dictis locis no. idẽ puto in arbitramẽtũ.i.trãsactione largo mõ resultante ex cõpromisso,ꝛ in arbitratorem ex ead.ratione,que verba nota.

SVMMARIVM

1 Transactio stricte sumpta quot modis fieri possit.
Transactio quando in aquiliana cadere dicatur.
2 Promittens p aquilianam stipulationez, quid facere cẽseatur.
3 Transactio de partiũ assensu ad cognita ꝛ incognita trahi põt.

1 **Sexto videamus** †quot modis possit fieri trãsactio proprie ꝛ stricte sumpta,ꝛ dom est q̃ põt duobus modis.vno mõ mediante aqliana stipłone ꝛ acceptilatione sequẽte,vt.l.ij.de trãs.cũ si.ꝛ tũc bonũ con.est qđ aqliana q̃cipiat inxta modũ positũ in.l.vno.ff.de accepti.vez sic.si qd mihi debes ex tali cã ꝓmittis mihi p stipula. ꝛ ille rñdeat ꝓmitto,p q̃ verba nõ fit debitũ magis ligdũ q̃z prius.lz fiet trãsusio prime obligatio.in istã fam.Jsta est doctrina Bal.in.l.vbi pactũ.C.de trãs.dicẽtis qđ si.d.aqliana stipło cõcipiat isto mõ nõ exprimendo certã summã,trãsactio tunc cadit alias si cõciperet aquil.exprimẽdo certã summã, vt puta cũ disputaret de cẽtũ q̃ reus dicebat se nõ debere,deinde reus volẽs ꝑparare viã trãsactio.p aqlianã ꝓmitteret illa cẽtũ actori stipulati,debitũ iã esset factũ ligdũ ꝛ sic potius obstrueret viã trãsactionis q̃z aperiret,cũ nõ cadat nisi sup incerto, vt dixi.ff.q.j.ita
2 dicit Bal.ibi,cuius q̃si.lz sit tutũ,tñ mihi nõ vr necessariũ.† nã ille q ꝓmittit p aql.illud q̃ prius erat incertũ,lz ꝓmittẽdo tãq̃z certũ videat ligdare nouãdo,qz tñ istud fit nõ ad ligdãduz ꝛ ad finẽ incertitudinis tollẽde,ꝟz ad ꝑparãdũ viã trãs.vt sit sublatuz p accep.nõ vr curãdũ, arg.l.qd sit.ff.de solu.ꝛ no.p doct.in.l.si pecuniaz.ff.si cer.pe.qd ergo si pars facta aql.stipul.nollet postea acceptare vel accepto ferre,ꝓut inter eos actuz erat, dicemus ne istũ remanere deceptũ,absit posset enim q̃dicere liberationẽ ab oi aqliana stipło.q̃si cã nõ secuta ar.not.in.l.si qs accepto.ff.de q̃di.ob cau.vel saltez actio.de dolo subueniret, argu. no.in.l.actione.C.de trãs.cũ sim.vel aliter vt in si.p Bald.in.l. ex placito.C.de re.pmu. Quinimo cũ partes imẽdũt facere q̃ctus trãsa.cuius pars erat futura dicta aqliana stipło,alia pars erat futura sequẽs acceptilatio ꝛ reliq̃ pacta de q̃bus q̃uenerat, lz illa prima pars pacta esset nisi reliq̃ fieret nõ vr curãduz, esset enim q̃ctus imꝑfectus ꝛ nõ absolutus, vt.l.q̃ctus.C.de fi.instru.
3 ꝛ in fi.in.l.si is q.ff.de test.† Jtẽ sicut trãsactio põt ex voluntate partiũ trahi ad cognita ꝛ incognita ꝛ tñ trãsactio nõ põt fieri su p incog.simplr.ꝛ hoc totũ fit rõe sapiẽde litis đ q̃ trãsigit cuius ptextu ad illud extẽdit,vt p bar.i.l.cũ aqlia.ff.de trãs.ꝛ in.l.sub ptextu.eo.ti. Jtẽ vr q̃ istud liqdũ nõ curet cũ fiat ad aliud.l.nõ ois.ff.si cer.pe.q̃ ẋba no.qz nõ memini me legisse aliquez q disputaret veritatẽ huius supradicti Bal.alle. Alio scđo mõ põt fieri trãsactio simplici pacto,vt.d.l.ij.ff.eo.cũ si. Quis añt sit effectus si fiat primo modo,dic vt dicetur in.q.xviij.

SVMMARIVM

1 Transigere quis possit.
2 Maior annis viginti quinque ꝛ mentis compos pñt trãsigere.
Filiusfamilias de quibus transigere possit,ꝛ de quibus non.
3 Filius mortuo patre compelli non potest seruare transactionez iuratam quam fecit patre adhuc viuo.
4 Pater velut administrator legitimus in aduẽtitijs filij transigere potest.
5 Pater vsumfructum non habet in eo in quo filius proprietatez non habet.
6 Tutores ꝛ curatores de rebus dubijs in pupillor ꝛ adultor bonis transigere ꝛ compromittere possunt.
7 Solennitas eadem in transactione ꝛ cõpromisso requiritur que in alienatione per mulierem aut minorem facienda.
8 Collectores decimarum ꝛ impositioñum per papam missi pro Romana ecclesia transigere possunt.
9 Prelatus ecclesie q̃n sine q̃sensu capituli possit transigere.
10 Transigens nihil gratis remittere potest.
11 Prelatus licet pro re immobili solus in iudicio agere possit,nõ tñ simpliciter transigere,aut compromittere.
12 Minor ledi censetur hoc ipso q̃ compromittere cogitur.
13 Procurator generalis cuz libera duobus modis quis esse põt.

1 **Septimo videamus** vtilitatẽ qs possit trãsigere. † ad hoc dom est q̃ trãsigere põt ois cõpos mẽtis habẽs liberã administrationẽ. Jtẽ maior.xxv.an.minores em sicut in alijs vel q̃seruant ille si vel restitnũt in integrũ si fuerũt adulti curatores nõ habẽtes. Jtẽ tutores ꝛ curatores eor trãsigũt ꝛ sindici vniuersitatis ꝛ prelati ecclesiar.itez procur.habentes speciale mãdatũ vel gñale cũ libera administratione.itẽ dati in rẽ suã,vt p Azo.in sum.ẽt de transf.p doc.in.l.pactũ curat.C.de pac.ꝛ in.l.pses.C.de trãs. Sed p vtilitate cõi videamus aliq̃ distinctius. non est dubium
2 † qđ ois cõpos mẽtis ꝛ maior.xxv.an.põt trãsigere,qz legitimã bz psonã ad oẽs q̃ctus faciendos vel omnes actus vt in ti.C.qui legi.perso.ꝛ in.l.fi.C.de his q ve.eta.impe.dñmodo liberã administrationẽ habeat,ꝓut de iure bz paterfa.maior.xxv.an.ſz si esset filinsf.maior.xxv.an.tũc i castrẽsi ꝛ q̃si ca.idẽ ẽt,qz posset oia facere.l.cũ opz.§.j.C.de bo.q̃ lib.cuz si. Jn ꝓfectiꝰ nba no posset,qz sunt patris pleno iure.nihil em est in eis innouatũ p iura nouissima, vt no.gl.in.l.j.C.q ad.ꝛ in.l.frater a fratre.ff. de q̃di.indebi.ꝛ in.l.fi.ff.qs ordo in bono.pos.ser.in aduẽtitijs añt ipse filiusfa.sicut nõ põt illa alienare sine q̃sensu patris q est vsufructuarius ꝛ legitimus administrator,vt.l.fi.§.filius añt.C. de bo.q̃ libe.ꝛ p Azo.in sum.illius ti.circa fin.ita nec trãsigere põt,vt.l.j.C.si aduer.trãs.intellige donec vinit pater legitimus administrator aut durat,animo posito q̃ talis filinsf.inrm appo
3 suerit nõ valeret dicta transf.bz Bal.in.d.§.filij añt.post gl.ibi, vt ibi latius.fortius volnit ibi Bal.† qđ ẽt patre mortuo nõ potest filius cõpelli p epm ad obseruãtiaz talis inri,vt ibi latius p eum.hoc nõ firmo,qz Ang ibi tz q̃.ꝛ alias vidi multũ dubitari qđ operet inrm prestitũ a filiofa.alienante rẽ aduentitiã in qua pater bz vsumfru.patre ignorãte vel nõ q̃sen.de quo ẽt Bal.in l.ij.ff.de iurein.ꝛ Ang.in auc.de nup.§.ſz qđ.ꝛ p Bar.i.l.si qs

pro co.

p eo.ff.de fideiuſ.ꝛ doc.in.c.cū ꝙtingat.extra de iureiu.ipe añt pater legitimus adminiſtrator ſup bonis adnētitijs de qbus eſt lis aut eē poſſit trāſigere. Bal.in.l.j.C.de bo.ma.ꝛ in.j.q.dicit q̄ ſic in retinēdo,ſz in dādo rē filij,ſecus vt ibi. ſubdit tn̄ qđ pōt ꝓmittēr nō petere ſi debitū nō eēt liqdū,vt.l.pſes pdicta.ꝛ latius vide eū.in.d.l.j.ſz in.d.l.pſes.vbi gl.or.hoc ꝓmittit cuilibet legitio adminiſtratori ꝛ ēt pri poſſe trāſigere. Tu aduerte
4 qđ.d.gl.ord.i.d.l.vētri.ff.đ trāſ.determinat† q̄ pr̄ pōt trāſigēr bodie in aduētitijs, cuz ſit legitius adminiſtrator,vt.d.l.j.C.de bo.ma.ꝛ.d.l.pſes.ꝛ cū illius gl.ꝙcluſiōe trāſeūt oēs doc.ibi,q̄ nimo vr̄ ſi eēt minor.xxv.an.iſte filiuſſa.tn̄ pr̄ trāſigere poſſet ſu p imobilibus ſine alio iudicis decreto.ita tz bal.i.d.l.pſes.ꝛ in l.iij.C.de pre.mi.ꝛ i.l.j.ꝛ i.l.ſi papi.§.ſi pa.ff.eo.tit.i qbus locis ſemp Bal.ad hoc alleg.ſin.doctri. Azo.in ſum.C.de bo.q̄ li.ꝛ alibi dicit nō reperiri q̄ſi ſufficiat i patre legitio adminiſtratore qđ alienet ꝛ legitia cā abſq̄ decreto.ꝛ idē tz Ang.in.d.l.de reponit i.l.filius.ff.q ſa.co.ꝛ placere vr̄ mod.i.d.l.pſes.qđ not.diligēter. Si añt pr̄ nō vt legitius adminiſtrator iure patrio,ſ vt tutor filij emācipati ex officio tutelari vellet trāſigere aut aliena re,tūc regrit iudicis decretū i imobilib⁹,vt.d.l.iij.C.de pre.mi.ꝛ ibi p Bal.ꝛ.in.l.j.eo.ti.q̄ ℞ba no.diligēter. ſi añt lis eēt ſup eo qđ filius alicui dz,ſi id qđ dz nō eſt đ pr̄monio filij,qr tūc nō eēt legitius adminiſtrator in eo, cū nō bēat vſumfr.vt no.i auc.
5 excipit.C.de bo.q̄ lib. † vſumfructū autē nō pōt bēre i eo i quo filius nō bz ꝓpteratē.ſecus eēt qr pr̄ nō poſſet trāſigere,ar.no. p Cy.in.l.ſi §.neceſſitate.C.de bo.q̄ lib.ꝛ i.l.ſi.in princ.de ver. obl.qđ bn̄ no. An añt filiuſſa minores volūt iter ſe diuidere bona aduētitia quoꝝ vſumfr.pr̄ bz ſufficiat diuidere cū auctoritate ſui patris abſq̄ iud.decre. Bal.tāgit in.l.gn̄aliter.in princi.C. de ſe.imp.ꝛ ſentit q̄ nō, vide eū ibi ꝛ cogita ꝛ non eſt mā nr̄a iō nō inſiſto,ſz in ſimili vide gl.ꝛ bal.i.l.q̄cūq̄.C.de bo.q̄ li.ꝛ in.l. ſi.§.eo.tit.vbi ēt ponit nūquid pr̄ bona aduētitia filie poſſit dare in dotē necne. Idē qđ.§.dixi de trāſ. faciēda p patrē de reb⁹ aduēti.intelligas locū bēre in cōpromiſſo in arbitratorē ſz doc. in.d.l.pſes.ꝛ bar.ꝛ bal.i.l.ſi pcu.ff.de pcur.ꝛ bal.i teris in.d.l. de re.vbi idē expreſſe tz do.Frā.de Alb.ꝛ Ang.ꝛ bn̄ no.qr ſe
6 pe dubitatū eſt,ꝛ adde qđ diceē in.viij. † Quātū ℞o attinet ad tutores ꝛ curatores expeditū ē,q̄ pñt de re dubia trāſigere ꝛ cō promittere vt in.d.l.pſes.p doc.cū ſi.ꝛ ibi late de his videre potes.illud tn̄ eſt bn̄ no.qđ lz tutor ꝛ curator indubitāter trāſigere poſſint de re dubia,tn̄ ſi trāſactio fieret đ re imobili aut tali mobili q̄ ſine decre.ali.nō poſ.iuxta no.in.l.q̄ tutores.C.de admi. tu.cū ſim.regrit tūc decretū iudicis ēt in trāſ.ſz Bal.no.i.d.l. pſes.ꝛ i.l.j.C.ſi aduer.trāſ.ꝛ.c.ꝙtingat.ꝛ.c.decetero.ex̄ de trā ſa.p doc.ex qbus vtilitatē refert in.d.l.pſes.d.meus q̄ qñ tractaē qđ minor auc.tuto.faciat ꝓmiſſuz ſup rebus imobilibus q̄ ſine decre.ali.nō poſ.qđ tūc neceſſe ē q̄ iudex decretū interponat ſup cōpromiſſo qđ dicit eſſe ꝑpetuo no.Eadē eñ ſolēnitas q̄ regrit in alienatione regrit in trāſactione ꝛ in cōpromiſſo in arbitratorē,ſz bal.poſt gl.in.l.j.C.ſi aduer.trāſa.ꝛ bn̄ in alijs locis palleg.ꝛ ſubdit idē do.meus.q̄ dicta ſolēnitas regrit tpe cōpromiſſi nō añt tpe laudi.ar.tex.i.d.l.ſi pupilloꝝ.§.ſi pupil. ff.de re.eoꝝ.ꝛ q̄ ibi p By.ꝛ bal.ꝛ ita cōiter teneē p mod.poſt Bal.in.d.l.j.faciūt ad mām q̄ dixi in auct.ſacramen.pube.C.ſi
7 aduer.vēdi.ꝛ iō aduerte† q̄ in locis in qbus p ſtatutū aut ꝙſti. ꝓincie regrit aliq̄ ſolēnitas in alienatiōe faciēda p mulierē aut minorē aut filiuſa.eadē regreret in trāſactionē ꝛ cōpromiſ.p p̄dicta.ꝛ ita ꝙſulit do.meus apud Fulgineū,alibi idē con.apud Florēt.qđ ſi iudex mādauit tutori vt faciat cōpromiſſuz neceſſariū ex forma ſtatuti ille iuſſus ꝛ ꝓnūtiatio iudicis de cōpromittēdo bz viz decreti in tn̄ qđ valeat cōpromiſſuz ēt ex internallo faciū ſup imobilibus ſine alio decreto,ar.no in.l.oiuz.C.de teſta. vbi donatio facta coꝝ p̄cipe vel iudice nō dz aliter inſinuari, ꝛ arg.no.p Bar.in auc.ſi qs in aliquo.C.de eden. de copia data parti mādato iudicis, tunc qñ minor aut tutor compromittit ſtatuto cogente non poteſt ſe leſum ex compromiſſo dicere ſm Barto. in.l.ſi dictum.§.ſi compromiſero.ff.de cuic.ꝛ Bald.in l.nō vr̄.C.de in integr.reſtit.mi.q̄ ℞ba no.ꝛ adde qđ ibi diceē de plato. Priores añt ꝛ antiani ciuitatis ꝛ locoꝝ nō pñt trāſigere ſine ſpeciali mādato,qr illi nō bñr loco dñi nec ſunt legitimi adminiſtratores,ar.no.in.l.itez magiſtri.ff.de pac.ſm doct. in.d.l.pſes.ꝛ hoc de iure cōi. Si añt ſtatuta darēt latiorē pote
8 ſtatez,tūc illā ſeruabis. † Collectores ēt quos papa mittere ſolet ad diuerſas partes ad exigendū decimas ꝛ ipoſitiones p ecclesia roma.trāſigere pñt.l.nulli.ff.de trāſac.ꝛ ibi p Bal.bn̄ faciūt no.in.l.g rome.§.calimachus.ff.de ver.obl.ꝛ p Inno.in.c. cū ex offi.de ꝓſcrip.platus añt ſm gl.ꝛ doc.in.d.l.pſes,pōt trāſigere de re dubia ꝛ bona fide, q̄ q̄liter intelligat doc.ibi nō perfecte declarāt.vñ dicas ſz do.Abb.in.c.ſtatu.ꝛ.c.ij.de tranſ. Sz q̄rat an platus vel rector eccleſie poſſit trāſigere ſine ꝙſenſu capituli vel auctoritate ſupioris. qđ aut p trāſactionē alienatur res imobilis vl̄ mobilis ꝓtioſa,q̄ aliter ſine ſolēnitate debita nō poterat alienari,ꝛ tūc nō pōt fieri trāſactio niſi ꝙſentiēte capitulo ꝛ accedēte auctoritate ſupioris.vñ ſiue platus petat poſſeſſionē ab alio detētā ſiue ab eo petat nūq̄ pōt fieri trāſactio p quā poſſeſſio remaneat penes aliū ſine ſolēnitate debita. ad ħ text. gl.ꝛ Bar.in.d.l.nulli.de trāſactio.de quo ēt p gl.ꝛ doc.i.l.cū
9 ij.§.cū lis.ꝛ ſi.§.vni.eo.ti.† Sed ſi p trāſactionē remaneat res litigioſa penes eccleſiā aliquo dato vel facto, tūc poterit ipſe platus trāſigere ſine alterius licētia ꝛ ꝙſenſu,ar.not.in.d.l.nulli.p gl.ꝛ Bar.ꝛ ſm predicta nō erit dūia inter tutorē,curatorē, adminiſtratorē ciuitatis ꝛ platū.qr do.Ab intelligit eis licere trāſigere.bn̄ faciūt no.d.l.ij.C.ſi aduer.trāſ.ꝛ.l.ſi ad reſolnēdū.C. de pred.mino.adde q̄ dicit bal.in.l.pſes.de epo trāſigēte circa res epatus incorporatas vl̄ nō.qbus adde qđ ſup iuribus eccleſie ēt immobilibus ꝛ ſpūalibus poſſet rector eccleſie trāſigere ꝛ cōponere in preiudiciū ſuijpſius q̄ ꝙpoſitio valebit toto tpe quo eccleſiā poſſidebit.tex.eſt no.in.c.veniēs.de tranſa. vbi no.d. Abb.q̄ rector eccleſie pōt ꝓbere ſup rebus eccleſie ſine ſupioris auctoritate vt ꝓtus duret toto tpe quo ē futurus rector.nec alibi melius no.in iure,q̄ ℞ba no. Idē adde.no.℞ba Ange.in
10 l.impator.ff.de pac.vbi dixit hec ℞ba.no.diligēter† q̄ ēt trāſigēs nihil gratis remittere pōt vt adminiſtrator,vel tutor,vel curator,vel reip.,ꝓcurator habens mādatuz cuz libera ꝛ gn̄ali adminiſtratione,ꝛ iō dicit ſe dixiſſe ſemp ꝛ dicere q̄ nullus iſtoꝝ pōt cōpromittere de iure ꝛ de facto in arbitratorez.lz eñ arbitramentuz ſit q̄dā trāſactio,vt ſepius dictū eſt,ꝛ iſti adminiſtratores hāt potentiā trāſigendi,vt.d.l.pſes.tn̄ nihil poſſunt trāſigendo gratis remittere,vt no.in.l.imperatores.ꝛ.d.l.pſes.ſed cō promittendo de facto in arbitratorez ꝙcedit ſibi potentiaz gratis auferendi de iure dñi,ergo nō pñt vt.§.dictuz eſt.idez eñ docto.dicunt in trāſactione ꝛ cōpromiſſo in arbitrum. vñ Lapus alī.Joꝛ.ꝛ do.Abb.in.d.c.ꝙtingit.de trāſa.idez dicunt q̄ dicebat Ang.ſ.qđ platus nō poſſit cōpromittēr de re đ q̄ nō poſſet ſolus diſponere,ꝛ ſic nō poſſet trāſigere vel cōpromittere ſolus de re imobili ſeu q̄ inferret preiudiciū ꝑpetuū eccleſie ſine ꝙſenſu capituli ꝛ auctoritate ſupioris ſm Jo.an Moſt.in.c.pueñit. de arbit.vide de his latius in.d.c.ꝙtingit.p Ab.ꝛ ſic no.ſing.
11 † qđ lz ſolus platus poſſit agere in iudicio ēt de re imobili per doc.in.d.c.ꝙtingit.tn̄ trāſigere vl̄ cōpromittere nō pōt ſimpl̄r niſi vt dixi ꝛ tradit̄ p doc.in.d.c.cōtingit. Illud añt q̄ dicebat Ang.in.d.l.imperatores.fallit niſi tale cōpromiſſuz fiat pp bonū pacis ꝛ ꝙcordie quā habere expedit pupillo vel eccleſie aut alteri dño,qr forte ꝙtendit cū potentioze,ꝛ ſic vtilius eſt ſibi cōponer̄ p arbitratorē q̄ litigare,vt p eū ibi q̄ ℞ba no. ꝛ adde q̄ br̄ i.c.niſi.đ pb.i.c.placuit.xc.diſt.ꝛ q̄ diceē i.q.xx.adde ēt q̄ gubernatores hoſpitaliū ꝛ frāternitatū pñt ꝑ bis hoſpitalib⁹ vel frāri. facere ꝙpoſitionē ꝛ pacta.vt.d.l.itē magiſtri,p doc.niſi eoꝝ poteſtas ſit in illo loco aliter limitata q̄ oia tene menti,qr quotidiana,an heres nunq̄ reſtituat hereditatez poſſit trāſigere vide in l.ſi poſt.cuz ſi.ff.de ꝙſti.pe.ꝛ in.l.cū hereditas.ff.ad treb.vbi ēt eſt tex.ſing.qđ ſup rebus ꝛ iuribus hereditarijs pōt facere compromiſſuz.qđ q̄liter itelligat.vide ibi Bar.ꝛ mod.ꝛ an ſit faciēda dūia inter cōpromiſſuz in arbitruz ꝛ arbitratorē in teris illis pendet ex dictis bar.ꝛ alioꝝ in.l.minor.§.minorem.ff.de mino. vbi omnino vide.ꝛ in.l.ſi cum promiſſore.ff.de eui.ꝛ ex dictis Bal.in.l.i.C.de peri.ꝛ cōmo.rei vend.ꝛ in.l.libera.C.de ſen. ꝛ in.l.ſi domus.de leg.j.ꝛ in.l.non vz.C.de in integr.reſtit.mi.
12 ex qbus illud ꝓ nunc tene menti† q̄ eoipſo q̄ minor compromittit in arbitrū vr̄ leſus adeo q̄ aduerſus tale cōpromiſſuz pōt petere reſtōnē,vt.d.§.minorē. ſecus ſi cōpromitteret in arbitratorē nō ex eo qđ cōpromittit in arbitratorē nā ex eo q̄ ꝙpromittat nō poſſet peteē ſe reſtitui niſi alr de leſiōe doceat vt ꝓbat.d. §.minorē.ꝛ in dictis locis.ſolet eñ cēſeri lenis culpa cōpromittēdo in arbitrū in.d.l.cū hereditas vbi no.loquit Paul.de ca. de quo ēt p doc.can.in.c.ſi.de emp.ꝛ ven.ꝛ Spe.in tit.de ar. §.pe.ver.ſed pone.ꝛ Ang.ꝛ imo.in.l.ex duobus. col.viij.ff.de duo.re. Itez aduerte q̄ ꝓcu.bñs mādatū ſpeciale ad trāſigendū ꝛ cōponēdū non poteſt remittere debitū liqdū qr eſſet donare vt late p Fed.de ſe.ꝙſ.clxxix.itē caue tibi,qr poteſt eſſe ꝓcu.
13 gn̄alis cū libera duobus modis.† vno modo oiuz bonoꝝ vel illaꝝ reꝝ de quibus agit̄.ꝛ iſte poteſt trāſigere ſup cā ꝓxim.i.ſup

debito vel rebus petitis. interdū aliquis ꝙstituit ad agēdū ꝛ defendēdū, deinde subdit cla in fine ꝙcedēdo in predictis liberam administrationē, ꝛ tūc scias qđ vī cōcessa libera in predictis. i. in executione illius litis ꝛ sup instantia litis nō aūt super debito aut re petita. ex quo infert qđ transigere poterit ꝛ similiter cōpromittere sup instātia nō aūt super debito pin. fm Bart. in. l. q rome. §. calimachus. ff. de ver. obl. vbi omnino videas qđ moder. sequuntur ibi. ꝛ in. l. mādato generali. ꝛ. l. procu. tuto. cū si. ff. de proc. ꝛ in. l. transactio. C. de transa. ꝛ in. c. qui ad agendū. de procu. lib. vj. ꝛ in. l. post q̄ liti. C. de pact.

SVMMARIVM

1 Solennitas que in transactione requiratur.

1 **Octauo quero** que † solēnitas regrit in trāsactione, Ista. q. est expedita per ea que mixtim dicta sunt in prece. q. nā eadez solēnitas regrit in trāsactione que in alienatione, vt per doc. in. d. l. preses. ꝛ. l. j. C. si aduer. transac. ꝛ. l. nulli. ff. de transac. ꝛ bī in. c. statu. ꝛ. c. ꝙtingit. ꝛ. c. de cetero. eo. ti. opz ergo ꝙsiderare qualitatē psone trā sigentis, ꝛ super qua re transigitur, ꝛ que solēnitas in alienatione per talem personam facienda de eadē re requirat, ꝛ illa serua in transactione ꝛ compromisso in arbitratorē faciendo, vt plene dictum fuit in questione precedenti.

SVMMARIVM

1 Transactio de quibus rebus fieri possit.
2 Renuntiatio sentētie p trāsactionē quibus fieri debeat verbis.
3 Transactio an locum habeat super re iudicata.
4 Laudum secundum de partium ꝙsensu latuz an valeat post laudum ab arbitro latum.
5 Sententia diffinitiua ipso iure nulla censetur que contra aliam que in rem iudicatā transiuit fertur.
6 Verba enuntiatiua inter partes fidem faciunt.
7 Transactio cadere pōt super instrumento nō ex toto liquido.
8 Statutum de cōpromittendis causis locum habere non dicitur si is q compromissuz petit contra propriuz instrumentuz venit litem mouendo.
9 Cōpromissuz in arbitrū sup iudicato aut trāsacto an sit validuz.
10 Transactio ꝛ si super re certa non valeat valet tamen pactum.
11 Transactio an locuz habere possit super spirituali subiectione.
12 Transactio an valeat super matrimonio, beneficio ecclesiastico, ꝛ super decimis remissiue.
13 Tutele controuersia an possit in arbitratorem compromitti.
14 Transactio an possit fieri cum episcopo de rebus male ablatis, incertis, aut repertis.

Venio ad nonam q. vez de qbus rebus aut in qbus possit fieri transa-
1 ctio. † Hec est no. q. p cuius fundamēto ꝛ declaratiōe prio loco videas Azo. in sum. C. de trāsac. ꝛ §. de qbus rebus. solū hic pse quar aliq̄ not. ꝛ quotidiana. ecce oēs dicūt q sup re iudicata. i. sup snia q̄ trāsiuit in rē iudicatā nō pōt fieri trāsactio, qz cū iā sit impositus finis liti nō cadit vlterior finis. Si vo aliquo mō de iuribus snie dubitaret pbabiliter transactio facta valeret, vt. l. post rē. ff. de trāsac. ꝛ. l. elegāter. ff. de qdi. inde. ꝛ. l. ſt cā cognita. C. de trāſ. ꝛ ibi late tradit. ¶ Sed opp. q imo valeat trāsactio sup re iudi. nō eo ipso q trāsigit ipsi snie renūtiata vī qz renūtia-
2 tio fieri pōt, vt. d. l. si cā cognita cū si. Sol. † q nūq̄ vī renūtiatū snie p trāsactionē nisi adijciant hec vba nō ob. snia fz Bal. elegāter in. l. si diuersa. C. de trāſ. ꝙcludēt q sup re iu. vz trāsactio ꝛ cōpromissum qñ exp̄sse dictū ē a partib⁹ qđ nō ob. snia q dictū mod. extollūt i. d. l. si diuersa. ꝛ i. d. l. cā cognita. ꝛ plerīq̄ dicūt illō dictū bal. nō reperiri alibi. fz certe bal. idē dicit i rep. l. ij. ff. de iureiu. ꝛ in. d. l. elegāter i pin. in lec. ant. ꝛ. l. iurisz. §. si paciscar. ff. de pac. q ppe. no. qz aliqñ partes volūt facere compromissuz gñale. ita vt includat ēt res prius iudicatas. est enim opus adijcer. d. vba nō ob. sentētijs ꝛc. ꝛ p. d. vba i cōpromissis apposita ita demū erūt sublate snie si ferat laudū, si aūt nō ferat ꝛ manēt snie in prio robore fz Bal. i. d. l. si diuersa. qđ nūq̄ tradas oblioni, qz milies faciet tibi honorē. † Et bis diebus in
3 cā graui dubitabat cū post res iudi. data esset auctoritas a qsil. qbusdā ciui. vt nō ob. sentētijs teriare possent q̄dā negotia, an essent sublate snie, ita vt si ꝙtingat in. l. teriari p dictos euacuatus sit oīs effectus dictaz sniaz. ꝛ respōsio pz in premissis. Jnqt ēt Bal. in. d. l. post rē. in prin. in lec. nona Papi. q qñ snia esset certa nō posset trāsigi nec cōpromitti ēt si renūtiaret snie, secus puta qñ laudo arbitratoris aliqd esset decisuz. nā cū illud laudū sit species trāsactionis vt dictū fuit sepius ꝛ maxie in. ij. q. pōt eidē renūtiari sicut ꝛ trāsactioni, vt no. in. d. l. si diuersa. Subdit Bal. in. d. l. post rē. qđ si esset factū cōpromissuz ex necessitate statuti in arbitrū ꝛ arbitratorē ꝛ laudum esset latū qđ ad hoc vt possit renūtiari laudo debemus facere qđ ille alleget in pnūtiādo viā arbitramēti nō arbitrij. postea dicit q forte pp gl. d. l. si diuersa. nō posset renūtiari q̄si videat latū a iudice, cū successerit loco iudicis, vt in simili dī p Bal. in. l. si iudex aūt. ff. de his q sunt sui vel alie. in. deinde dicit q forte sup actione pria posset de nouo cōpromitti, ar. no. in. l. duobus. ff. de excep. rei. iu. tādē dicit q ista. q. nō est sine dubio, ꝛ sic ibi nō firmat pedes, sed in eo iudicio accuratius fuit locutus idē Bal. i. d. l. si diuersa. vbi
4 sup ar. illo. † q̄ñ pcedit laudū latū ab arbitro. deinde ferat aliud de ꝙsensu partiuz an valeat illud fm. Cōcludit in laudo arbitri qđ aut hz vim rei in. illud primū laudū, ꝛ tūc oino valeat fm ar. no. in. l. j. C. q̄ñ ꝓpuo. nō est ne. qz iudicaret quādomō sine instātia sup eo. aut nō hz viz rei iudi. ſz solū patit metu pene, ꝛ tūc posterioz ꝙsensus vz, qz derogat ꝛctui penali nō snie arbitri q̄ est nulla. ꝛ ío si post latā sniaz p iudicē nolūt cōpromittere in arbitrum non possunt nisi cōpromittāt adiecta cla nō obst. snia, vt. §. dixi ita dicit bal. cuius dictū tēperabis ex his q̄ dicūt Bal. ꝛ Ang. in. l. elegāter. ff. de cōd. inde. ꝛ j. dī. Q̄ñ vero primū laudū eēt latū ab arbitro, deinde ferat fm de ꝙsensu partiuz, tūc valeret illud fm, q̄si quodā nouo cōpromisso accedēte ex ꝙsensu partiuz. sicut eniz vz trāsactio ꝛ trāsactionē si partes nolūt, vt no. in. d. l. si diuersa. eodē mō laudū fm arbitratoris ꝛ pcedēs fm Bal. ꝛ
5 doc. ibi, qđ no. † ꝛ tñ snia diffinitiua ꝛ pīnā sniaz diffinitiuā q̄ trā sierat in rē iudi. est ipso iure nulla ēt si partes ꝙsenserūt illi snie fm gl. admirabilē. in. d. l. si diuersa. qđ nunq̄ tradas oblioni. Jntelligo tñ q ꝛ illa scda snia non valeat in vi scde, tñ si partes expresse renūtiarēt illi prie. deinde paciscant de nouo q alia seret saltē valeret ex scda quētione in vi pacti, vt in si. dī p gl. in l. ij. C. cōia vtri. iudic. Valeret ēt trāsactio post rē iud. qñ id qđ deductū est in sniam cōdēnatoriā ꝙsignatum fuisset victori post sniaz. nā sup ipsa re poterit postea trāsigi ꝛ cōpromitti. ita dispu tādo tenuit. d. Pau. de elea. in dispu. incip. de re actorie iudicata. refert ꝛ segtur Jo. an. in addi. Spe. in ti. de arbi. §. arbiter esse pōt. in addi. q̄ incip. sciēdū. qđ singu. no. Valeret ēt qñ victor post sniaz p se latā intētasset actionē veterē q̄ cōpetebat aī sniaz, nō aūt act. ex snia. fm Saly. in. d. l. si cā cognita. qui dicit hoc esse de mēte Ja. but. in. l. j. C. qñ ꝓpuo. nō est ne. ꝛ idē voluit Bal. in. d. l. post rē. ꝛ in. d. l. elegāter. de quo ēt in. l. duobus. de excep. rei ind. ꝛ j. dicet. ꝛ ista limitatio ꝓcedit presuppositā alia opi. p vera. s. qđ si post latā sniaz intētet iterū pristina actio valeat scda snia lata sup ea in hac noua instātia. de quo passu dixi in. l. nā postea. §. si dānet. ff. de iureiu. ꝛ bī p doct. in. c. inter monasteriū. extra de re iudi. Tētauit ēt Ang. in. l. tale pactū. §. qui
6 ꝓuocauit. ff. de pac. qđ qñ in instro trāſ. dī sic. † qz lis est seu esse poterit, tūc valeat, qz talia vba enūtiatiua fidē faciūt inter partes. l. optimā. C. de ꝛbē. ꝛ cōmit. sti. sed ꝛriū voluit Bal. in. d. l. elegāter. in fi. ꝛ ibi Bal. in lec. ant. p tex. in. l. cū bi. §. si cū lis. ff. de trāsac. ꝛ idē tz Ang. in. d. l. post rē. in cōsi. lv. vel. lxv. incip. oēs Rober. dixit pterea Bart. taz in. d. l. post rē. q̄ in. d. l. si cā cognita. q̄ quēadmodū sup re iud. nō pōt trāsigi neq̄ cōpromitti de iure ꝛ de facto, vt sepius est dictū, ita nec sup eo de quo apparet instrm guarētigiatū vel ꝙfessionatū qđ ex forma statuti bēret executionē sicut snia. qđ ē no. intellige qñ executio erat prōpta ꝛ aliq̄ exceptio opponi nō poterat ꝛ sic nihil erat diſceptabile, alias eniz si fuisset opposita aliq̄ exceptio q̄ posset opponi bñ, caderet cōpromissuz ꝛ trāsactio sup ipsa exce. oppo. vt p Bar. in dictis locis. ꝛ in. l. j. in fi. ff. de leg. ij. ꝛ in. l. j. iud. sol. ꝛ. l. j. ff. de trāſ. ꝛ in. d. l. elegāter. §. si qs post. ꝛ in. l. ambitiosa. in. vi. col. ff. de decre. ab or. fa. ꝛ in. j. cōstit. C. ꝛ p Bal. in repe. d. §. qui
7 ꝓuocauit. † Similiter si dictū instrm nō esset ex toto liqdū sup eo qđ nō esset ex toto liqdū caderet trāsactio ꝛ cōpromissuz fm doc. dictis locis. ꝛ Bal. in. l. si cām. C. de exe. rei. iudi. hinc dicimus q statutū inbēs gñaliter causas cōpromitti in arbitratorē dz intelligi de causis cōpromitti bilibus fm doc. in dictis locis. dixi in. d. l. elegāter. ꝛ iō nō hz locū in dictis causis q̄ finite sunt p sniaz q̄ trāsiuit in rē iudi. aut de qqus apparet instrm guarēti giatū habēs execu. paratā sicut snia qđ bñ no. ꝛ adde q vbi in instro ē data licētia de ingrediēdo ꝓpria auctoritate possessionē

cum

cũ clauſula ꝙſtituti,qđ tũc iſtud inſtrm nõ hꝫet executionem ſi-
cut ſnia ꝑm Bar.in.l.iij.C.de pig.in repe.igit nõ veniret in cõ-
promiſſo in arbitratorẽ,ꝑm Pe.de anch.in ꝙſi.clxxj.qđ not.
ſing.ꝛ adde Bar.ꝛ Bal.in.l.nõ diſtinguemus.§.de liberali.ff.
8 de arbi.vbi oino vide ad hãc.q.† Jtẽ adde qđ tale ſtatu.de cau
ſis cõpromittẽdis nõ hz locũ qñ petens cõpromiſſum q monit li
tẽ veniret ꝯ propriũ inſtrm,ꝑm Pau.de ca.ꝙſi.lxv.qđ dictum
ſolet reputari valde ſing.ꝛ é paucis notũ. Adde ꝑdictis qđ.d.
meus ꝙſulnit alꝫ apud Piſaꝫ qđ tale ſtatutũ de cauſis cõpro-
mittẽdis nõ inducit ea q̃ prius eẽnt terminata p trãſactionẽ in-
ratã,lz diceret illã tranſactionẽ fuiſſe nullã,qꝛ dolo vel metu ini
tã,aut nõ ſeruata forma ſtatuti factã.nã prius debeat peti abſo-
lutio ex iuſo.iuxta not.in.c.ij.de pact.in.vj.ꝛ.c.j.ꝛ.c.cũ ꝙtin-
gat.de iureiu.in antiqs.iſte arti.requireret altiorẽ indaginem.
Oportet.n.inueſtigare nunqd ille petens dictã cãm cõpromitti
ſit audiẽdus,attẽta facie ꝛ forma eius qđ eſt narratũ, ar.no.in.
l.cũ q̃dã puella.§.quoties.ff.de iuriſ.om.in. Jtẽ nunqd ſit exci-
piẽdo ꝛ incidẽter petat ſe abſolui ſit audiẽdus.de quo p Anto.
de but.in.d.c.j. Si tñ index ille eẽt laicus hec dubitatio ceſſa-
ret,ꝛ ideo adde qđ dicẽt in.q.xviij.dixerũt ẽt Bar.ꝛ Ang.d.
9 l.elegãter.† qđ ſi cõpromitteret in arbitrũ valeret cõpromiſſuꝫ
ſup eo de quo erat iudicatũ aut trãſactũ ſeu de quo appareret in
ſtrumẽtũ bñs executionẽ paratã.nã ſicut illud ſup quo eſt indi-
catũ põt de nouo deduci coꝛã iudice primitiua actione,vt eſt gl.
no.i.l.j.C.de iudi.eo.mõ põt deduci coꝛã arbitro , vt ibi latius
p eos.qbus adde q̃ dixi.§.allegãdo Pau.de leaz.ꝛ Jo. an.ad
de ꝑdictis qđ poſt publicationẽ ꝓceſſus ꝛ cluſionẽ in cã nõ ca
dit ẽt tale cõpromiſſuꝫ neceſſariũ q̃ſi tũc negotiũ ſit liqđ in fa-
cto ꝛ ſola ſit qõ iuris ꝑm Bal.i.l.j.ff.de trãſac.ꝛ ibi doc.poſt eũ
ꝛ.d.l.poſt rẽ.ꝛ Põta.in.l.ꝑtor.ff.de ope.no.nun.Et ita ſepius
cõſultũ p do.me.ꝛ alios doc.ꝛ ita ẽt ꝙſului anno ſupiori,qđ in-
tellige ſane qñ arti.iuris q ſupeſt eſt talis ſup quo ſolo nõ dz fie
ri cõpromiſſum,nec poſſit in arbitratorẽ.alꝫ ſi poſſet , vt qꝛ eſſet
articulus valde iplicatus ꝛ dubius,tũc ſecus,iuxta no. p Pe.
Cy.ꝛ Bal.in.l.cũ ꝓponas.C.de re.cre.ꝛ dixi no. in.l.pe.C.de
pac.vbi oino vide.ꝛ ibi ẽt habes glo.Bar.ꝛ doc.an ꝛ qñ ſuper
vno ſolo ar.incidẽti dẽat fieri cõpromiſſum neceſſariũ de quo.§.
alias ẽt pulchrasqõ.ad mriã tetigi i.d.l.elegãter.ꝛ.d.l.poſtrẽ.
10 vbi videndũ ꝛc.† Jtẽ adde ꝑdictis q lz ſup re certa ꝛ nõ dubia
nõ valeat trãſa.vt ſepius eſt dictũ,vz tñ pactũ,ꝛ iſtud pactũ põt
eẽ gratuitũ vel nõ,vt.d.l.j.de trãſa.ꝛ.d.§.poſt.ꝛ ppea Bart.ꝛ
alij in.d.l.ſi cã cognita.dñt q notarij ꝙſueuerũt dicere q̃ ptes
deuenerũt ad infraſcriptã trãſac.quẽtionẽ,ꝙpoſitionẽ ꝛ pactũ,
q̃ ꝟba opant,vt ſi res nõ valeat in vi trãſactionis,qꝛ ſit ſup cer-
to valeat in vi pacti ꝛ ſic ſup re certa ꝛ ſup re iudicata.qđ no.di
ligẽter.animo poſito q ꝟba nõ eſſent appoſita,ſi tñ trãſact.eẽt
iurata,tũc ſi valere nõ poſſet qđ i vi trãſac.qꝛ res eſſet certa pu
ta lata ſnia q̃ trãſiſſet in rẽ iudicatã vel nõ aliquo dato vel retẽ-
to valeret i ſubſidiũ in vi pacti ꝓp veritatẽ iuri qđ hz vim clẽ , oi
melioꝛi mõ ꝛ clẽ,ſi nõ vz qđ ago vt ago ꝛc.l.cũ pr̃.§.filijs mr̃z.
ff.de le.ij.ꝑm Bar.in.l.ſi qs maioꝛ.C.de tranſ.ꝛ.l.ſi qs p eo.ff.
de fideiuſ.ꝛ.l.j.§.ſi ſtipulãte.de ver.obli.de quo ẽt p Bal.in.l.
q̃ q̃.C.de fideicõ.ꝛ plene no.p.d.Abb.i repe.c.p tuas.de ar
bi.Hinc iferẽ q diſpoſitio.d.§.filijs mr̃z.loquẽs in vltimis vo
lũtatibus ꝛ de defectu ſolẽnitatis ꝓbatorie locũ habeat ẽt in cõ
11 tractibus ꝛ defectu ſubſtãtiali ꝛ mriali qđ bñ not.† Succeſſiue
nõ eſt inutile videre vtrũ valeat trãſac.ſup ſpuali ſubiectione vt
puta ſup ſubiectione fratrũ,ꝛ dicẽdũ qđ nõ interueniẽte aliquo
tpali,vt in.c.ꝑterea.de trãſa.ſecus ſi daret vel remitteret aliud
ſpuale,vt.c.veniẽs.eo.tit.ꝛ no.glo.ſup eo.tit. Similiter ſuper
ſubiectione tpali nõ valeret trãſactio,qꝛ eẽt certa ſubiectio ꝛ iõ
inter dñm ꝛ ſeruũ eius indubitãter nõ vz trãſac.vt.l.iterpoſitas
in fi.de trãſa.vt ibi latius. Jdẽ dicẽdũ in trãſactione q̃ fieret in-
ter monaſteriũ ꝛ abbatẽ,vt p legiſtas ibi,ꝛ p.l.fi.eo.ti.ꝛ cano.
in.d.c.ꝑterea.ꝛ Joã an.in regula,nõ eſt obligatoriũ, de regu.
iur.in.vj.in mercu.hinc dicit Fede.de ſe.ꝙſi.cclij.qđ ſi abbas
ꝑmiſit monacho ꝑmoto ad prioratũ ſe eũ nõ reuocaturꝫ in vita
nõ ob.illa ꝑmiſſione põt eũ reuocare,qꝛ abbas nõ põt obligari
monacho vt p Abb.in.c.ꝑterea.ꝛ in.c.cuꝫ ad monaſte.de ſta.
re. An aũt ſup mrimonio valeat tranſac.vide doc.in.d.l.fin.de
trãſa.ꝛ.c.ex pte.de trãſac. Jtẽ an ſup bñficio eccleſiaſtico poſ
ſit trãſigi ẽt cũ iuſo.vide.c.ꝙſtituit.ꝛ.c.ſup eo.de trãſa.p doc.
12 ꝛ oino vide Abb.in.c.de cetero.extra eo.ti.† Jtẽ an valeat cõ
poſitio ſeu trãſac.ſup decimis.vide in.c.ſtatuimus.ꝛ.c.de cete
ro.ꝛ.c.ſup eo.de trãſac.ꝛ in.c.pen.de cõfirma.vti.vel inuti.ꝛ
in.c.ex multiplici.ꝛ.c.nup.de deci,ꝛ Jo.an.in.c.fi.de rer per
mu.p do.de Rota.deciſio.xliij.ꝛ vide ꝙſi.Pe.de anc.xxviij.
vbi ẽt traditꝫ an laicus poſſit eſſe arbiter ſup decimis de quibus
laici inter ſe ꝙtẽdebãt ꝛ vẽdicabãt p antiquũ fendũ,ꝛ an valeat
ſup ipſis trãſa.ꝛ ſi nõ vz vtrũ renũtiãs poſſit redire ad ius ſuuꝫ.
Jtẽ an arbitrator poſſit cognoſcere de cã vſuraria incidẽter vel
principaliter coꝛã eo introducta vide moder.in.l.titia.ff.ſolu.mri-
monio. Et ẽt itez aduertẽdũ ad itellectũ.l.ſi diuerſa.C.de trãſ.
ꝛ ad.d.§.qđ iterdũ laudũ latũ ab arbitratore poſſet eẽ adeo pri-
uilegiatũ ex forma ſtatuti dicẽtis illud ꝓciſe ſernãdũ ꝛ virtutem
hꝫe ſnie ꝛ maioꝛẽ,ꝑſerti inter ꝙiunctos qđ ẽt de ꝙſenſu partium
de nouo cõpromittẽtiũ nõ poſſet tolli p ſequens laudũ,vt diligẽ
ter inueſtigat Pet.de anch.in ꝙſi.qđ icipit,diſcutiẽdũ,vbi oi-
13 no videas qñ.q.occurreret.† itẽ an ſi inter duos eſt ꝙtrouerſia
de tutela poſſit ꝙpromitti in arbitratorẽ q laudet qs ſit tutor. vi
debat̃ q nõ in.l.ꝑtor.ff.de tuto.ꝛ cur.da.ab his. Et idem tz do.
Frã.de alber.in.l.nõ diſtinguemus.§.de liberali.ff.de arbi. Jtẽ
an cã reſti.in integ.poſſit cõpromitti in arbitratorem,ꝛ qñ,vide
doc.ꝛ ibi plene dixi in.l.fi.C.vbi ꝛ apud quẽ in integrũ reſti. in
qbus aũt criminibus ꝛ qñ ꝛ an liceat trãſigere vel paciſci ꝛ qs
ſit effectus.doc.plene tradunt in.l.trãſigere.C.de trãſa.ꝛ ibi di
xi.tractat ẽt glo.in.l.j.§.pen.ff.de calũ.ꝛ Band.in ſuo ope male
ficioꝛ ſub rubri.de trãſa.ꝛ cano.ij.q.iij.§.notãdũ.ꝛ.v.q.ij.c.fi.
ſup alimẽtis aũt cuius auctoritate poſſit tranſigi.vide in.l.cum
hi.p to.l.ff.de trãſa.ꝛ p Bar.in trac.ſuo de alimẽtis ꝛc.an aũt
ſup his q̃ ex teſtõ ꝓficiſcunt̃ vel codicil.vel dona.cã mor.poſſit
trãſigi ꝛ qñ ꝛ qualiter.vide in.l.de his.ꝛ.l.nõ eſt ferendus.ff.de
trãſac.ꝛ in.l.q rome.§.duo frẽs.ff.de ꝟb.ob.multa ẽt dicunt̃ in
ca.cũ ꝙtingat.extra de iureiu.p Ant.ō but.Imo.ꝛ moder.cir
ca fi.cõmenti. Reliqua ad hãc.q.ix.vide p ſummiſtas in tit.de
14 trãſa.ẽt vtile fuiſſet videre † nunqd ſuper male ablatis incertis
poſſit fieri trãſactio vel cõpoſitio cũ epo.Bal.in.l.poſt deciſio
nẽ.C.de fur.remittit ſe ad dicta p Pau.de elea.in cle.j.de pe-
nis.vbi Paul.dicit qđ nõ,ſed dñt diſtribui iter pauperes ꝛ qđ
recipiẽs qcũq ſit ille nõ põt trãſigere de illis,vt in.c.fi.de offi.
vica.niſi ſup hoc eẽt priuilegiatus a papa ſeu ad hoc poteſtatẽ
hꝫet.ita dicit ille doc.vt puta q̃libet videmus poteſtatẽ datã pre
dicatoribus aut q̃ſtoribus ꝑcurato.Ange.in.l.cũ hi.§.ſi in an-
nos.ff.de trãſac.vult q ep̃s de relicto p male ablatis ꝛ de reli-
cto pauꝑibus in gñe poſſit trãſigere dũmodo bona fide,ar.no.
in.l.ꝑſes.C.de trãſa. De q mria vide ẽt p doct.poſt Jnno.in.c.
relatũ.de teſt. Jtẽ potuiſſet q̃ri nunqd de dãnis illatis ſubditis
cõitatũ tpe guerre poterit fieri trãſa.p cõitates in pindiciũ ſub
ditoꝛ,de hoc vide p Ang.ꝛ mod.in.l.quentionũ.C.de pac.ꝛc.

SVMMARIVM

1 Tranſactio fieri poteſt ſub tranſactione ꝛ modo.
2 Trãſactio i dubio potius modialis q̃z ꝙditionalis eſt cẽſenda.

Decimo quero † vtrũ poſſit fieri tranſactio ſub condi.
ꝛ modaliter ꝑp ſi,ꝛ per vt.rñdeas q ſic,vt.l.ſi
1 ſup poſ.C.de trãſac.ꝛ.l.ſiue apud acta.eo.ti.ꝛ ibi Bar.ꝛ alios
in.l.ſi qs cũ debitore pepigerit.ff.de iureiur.ꝛ in.l.naturalis. in
prin.ꝛ.l.ſolent.ff.de preſcri.ver.ꝛ p Bar.in.l.hoc iure.de dona
2 tio.† Jn dubio aũt qñ eſſet cõcepta p verba apta iportare mo-
dũ ꝛ cõditionẽ,potius eſt cẽſenda modalis q̃z ꝙditionalis ſcõm
Pe.Cy.Bar.ꝛ alios in.d.l.ſiue apud acta.ꝛ adde que dicit
Bar.in.l.quibus diebus.§.termilius.ff.de condi.ꝛ demonſtra.

SVMMARIVM

1 Trãſactio an admittat penitentiam re integra.
2 Compromittens in arbitratorem poteſt omiſſa compromiſſi via
ad iudicium redire.

Undecimo quero † vtrũ in trãſactione admittat̃ pe
nitẽtia re itegra ſicut in alijs ꝯctibus in-
1 noiatis,dicas q nulli partiũ lz penitere ſine ſit fcã p ſtipulatio
nẽ ſine nudo pacto.l.fris.ꝛ.l.q̃uis.C.de trãſa.vbi videdũ p rõ
ne.ꝛ.l.ſi qs accepto.ff.de qđ.ob cau.niſi concordauerit vtraq̃
pars ab illa recedere,tũc.n.poſſent ꝛ magis diceret tũc diſtra
ctus ꝛ reſolutio trãſactionis iã fcẽ q̃z receſſus p viã pnie q ſolet
cõcedi alteri pti.de quo tñ latius in dictis locis,ꝛ ad ꝓpoſitũ vi
de qđ hꝫ in.c.fi.de pac.lib.vj. Pe.de anc.ꝙſi.cxx.hinc cade
ret pulchra ꝛ ſing.q.duo cõpromiſerũt litẽ in arbitratorẽ,an al
teri ptiũ liceat omiſſa illa via arbitratoris ire ad iudiciũ,an ꝟo

2 obstet pēdētia ꝙpromissi. † dicēs qꝫ lz ad iudiciū ire nō ob. pē-
dentia cōpromissi. vt. l. si qs rem. ff. de arbi. aduerte qr punctus
est subtilis Bar. tāgit sing. in. l. q fidē. ff. de trāsac. ꝛ lec. eius re
perīt varia. in hoc cōiter dī ꝙ illa. l. si qs rē. nō hz locū in arbi-
tratorē ꝛ sic ob. pendētia cōpromissi. ꝛ hoc sequīt Ange. ibi di-
cens esse not. ꝛ alibi nō reperīri. de hac. q. vide per Bart. in. l.
eos. §. apostolos. C. de ap. ꝛ ꝑ Ange. in auc. de iudi. §. antepe. ꝛ
per Anto. de bu. ꝛ Cardi. in cle. q̄ꝫdin. de ap. ꝛ Pōta. in. l. ij.
ff. de re iudi. sed inter moder. plenius examinauit Pau. de ca.
in. d. l. qui fidem. ꝛ in. l. pecuniam. ff. si cer. pe. ꝛ ibi dixi.

SVMMARIVM

1 Decepto per transactionem quo subueniatur remedio.
2 Remedium legis secunde. C. de rescinden. vendi. locum non ha
bet in transactione.
3 Exceptio nulla obijci potest aduersus sententiam que transiuit
in rem iudicatam.
4 Lesus vltra dimidiam iusti pretij debet restitui.
5 Jureconsulti vt plurimum inter se contrariantur.
6 Judex qualiter iudicare debeat si pro vtraq; parte equales ra-
tiones habeat.
7 Jureconsulti in dubijs viam mediam eligere sunt soliti.
8 Cause diuersis legum interpretationibus titubantes, quodā iu-
ris moderamine temperari debent.
9 Princeps in dubijs arduis est consulendus.
10 Leso ꝑ transactionem impropriam quo remedio subueniatur.
11 Arbitramentum qđ specifico partium cōsensu acceptatur, vim
transactionis propie habere censetur.
12 Juramentum validat arbitramentum alias inualidum.
13 Jurm q̄ditionale non tollit remedium. l. ij. C. de rescinden. ven.
14 Emologatio facta post laudum datum quando valere dicatur.
15 Subscribens vł figillās lras qđ dicaī approbare q̄tenta in eis.
16 Deceptio in trāsactio. dolo aduersarij quo subueniaī remedio.
17 Trāsla. qđ sit nulla aut rescindēda ob dolū i litigādo cōmissuz.
18 Actio furti competit aduersus eum qui alteri instra subtraxit.

Duodecimo quero vtrū decepto ꝑ transac. re ipsa
vł dolo aduersarij aut tertij subuenia
1 tur ꝛ qualr ꝛ ꝙ quē. † Jsta qō hz plura capita. capiamus primū
vez vtrū decepto ꝑ transac. re ipsa subueniaī aliquo remedio rō
ne lesionis, ꝛ qdem si lesio ꝓdicta esset citra dimidiā oēs quenī-
re videnī qđ nullū sit remediū. Sed pulchra dubitatio est, an si
qs fuerit deceptus in ꝙctu trāsac. vltra dimidiā iuste estimatio-
nis habeat locū remediū. l. ij. de rescin. ven. Tex. vī. sing. deter
minare qđ nō in. l. lucius. §. fi. ff. ad treb. ibi si nō transac. sit. ꝛ ita
firmat glo. Jnno. Jo. an. in. c. cū cām. de emp. ꝛ ven. §. nunc vi-
dendū. ver. qd de trāsa. ꝛ ibi Jo. an. in addi. ꝛ By. in. l. si qs cū
aliter. de verb. ob. ꝛ in. d. l. lucius. ꝛ Buli. de cu. in. l. ex cā. C. de
vlcap. ꝑ emp. ꝛ Bal. in. l. ij. §. j. ff. de transa. vbi hoc sentit glo.
in ver. debere. itē Bal. in. l. j. in. ij. col. C. de pac. Jtem Bald. ꝛ
Sali. in. l. ij. C. de rescin. ven. ꝛ. l. fi. §. j. in prin. C. cōia de leg. ꝛ in
de rei ven. ¶ Quarto eſt notandũ de emptione q̃ dr̃ ambulare
p plures pſonas ⁊ manus ꝺ qua br̃ in. l. ſi qs ſub hoc pacto. ff. de
contraben. emp. ⁊ in. l. ſed vbi. ff. de mino. Jtem bona que ſemel
vendita ſunt amplius augmẽtũ pcipere nõ poſſunt, vt eſt tex. in
7 l. ſi creditores. ff. de ſepara. bo. ¶ †Quinto not. q̃ additamen=
tem pretij facit videri nouũ ꝙtractuz ⁊ receſſum fore a prioze, vt
in. l. pacta quenta in ver. paulus. ff. de ꝙtrahẽ. emp. ⁊ facit. l. va=
lerianus. ff. de preto. ſtipu. ⁊ bene declarat Bal. in. l. itẽ q̃ dcm̃
in ver. ſi quis ſteterit. ⁊ in. l. qđ in diẽ. ff. de in diẽ adiec. Jtem in
adiectione ad pretiũ attenditur q̃ domino venditori vtile eſt, et
qđ ipſe acceptat ⁊ comprobat pro ꝙditione meliori p tali habẽ=
dum eſt quicquid ſibi placet, vt eſt tex. no. in. l. quicquid. ⁊ in. l.
ſabinus. ⁊ in. l. ſi pdio. ff. de in diẽ adiec. Jtem ſi inſtrumentũ dí=
cit Titius cõceſſit talem rem pro tanto pretio valet inſtrumẽtũ
licet nõ ſit reus qz preſumitur vẽditio ratione pretij, vt in. l. fi. C.
de pdi. curi. lib. x. ita no. refert Bal. ꝙſuliſſe Bart. in. l. ij. C.
ne li. po. ⁊ bene facit q̃ idẽ Bal. dicit in rub. C. de iure emphy.
in fi. vbi voluit q̃ attendatur effectus contractus poſitus in in=
ſtrumento nõ nomen, Jtem ſi plures res vno pretio emãtur vel
vehdantur vcz pro cẽtum ⁊ poſtea ſpecificetur ſingulariter vcz.
x. pro tali ⁊ x. pro tali intelliguntur plures vẽditiones facte. ita
dicit glo. ſingu. in. l. edilis autẽ in. §. fin. ff. de edil. edic. in glo. in
ver. vnico. quã etiam allegauit Bar. in ſua. q. publicanus qdã,
⁊ bene probatur in. l. cum plures. ff. de euic. vbi plures res vno
inſtrumento empte faciunt plures emptiones ⁊ venditiones.
8 ¶ †Sexto notãdum qđ q promiſit vendere libzum valentẽ cen
tum p. x. minus q̃ alij pſone q̃ ſi nõ reperiant niſi. lx. fit detra=
ctio de. x. put fieret de cẽtũ. ita dicit Cy. in addi. ſm Pe. in. l.
illud in. §. minus. ff. de tribu. qz nulla locutio dz eẽ captatoria, vt.
ff. de tranſac. in. l. cũ aqlliana ⁊ ita refert ⁊ ſequit Ang. in auc.
de nõ ali. ſecun. nuben. in. §. pſpeximus in ver. qua pp ſup glo. q̃
incipit circa hoc poſſet. Jtẽ ſi venditor rei eccleſiaſtice nõ eſt ſol
uendo reſciſſa vẽditione tenet eccleſia quatenus eſt fcã locuple
tior ex ptio ſurrepto. vt dicit glo. not. in auc. q res. C. de ſac. ſan.
eccl. q̃z ibi ſequit Bar. ⁊ dicit pluries ꝺ fcõ ita feciſſe fieri ⁊ ſer
uari, ⁊ cõprobat ẽt Bald. ibi ⁊ cano. in. c. ad audientiã. de reb.
eccle. nõ alie. niſi emens fuiſſet in dolo dz remanere impunitus,
9 ita dicit Pet. Cy. ⁊ Bal. in. d. auc. q res. †Jnterdũ receditur
ab emptione totius reſpectu ptis vt q̃n qs nõ fuiſſet empturus
niſi totum, vt. l. ſi tutor in. §. j. vbi glo. alleg. ꝙcor. ff. de mino. item
ſi vendat fundus p centum cũ pacto q̃ ſi apparuerit emphyteo
ticus diminuit pretium arbitrio Titij ſi apparuerit emphyteo=
ticus Titio mortuo debet fieri diminutio arbitrio iudicis ſcõm
Bar. not. in. l. ſi qs arbitratu. ff. de verb. obli. q allegat. l. domũ
⁊. l. ſue rei cũ ſeq. ff. de ẽben. emp. Sed Saly. in. l. fi. C. de ẽbẽ.
emp. dicit q̃ ille. ll. nõ ꝓbant qz ibi fit diminutio. l. autoritate, lz
dicit q̃ probat in glo. in. l. in mentis alias in vendentis in glo.
magna. C. de ẽben. emp. vbi dr̃ q̃ in accidentalibus receditur a
pſona ſed iſta diminutio nõ eſt eſſentialis ſed accidentalis ergo
10 ꝛc. ¶ †Septimo notãdũ q̃ ratihabitio ſequens ꝙfirmat ⁊ recõ
ciliat venditionẽ pcedentẽ, vt. l. ſi fundus. §. j. ff. de pigno. l. ſi fun
dũ ſciens. C. de euic. ⁊ l. fi. §. fi. C. communia de le. ¶ Octauo no
tandũ q̃ emptor non poteſt petere que inuitus non poteſt cogi
recipere dicit tex. in. l. ſi vina. ff. de peri. ⁊ commo. rei ven. Jtem
qui vendit agit furti p arboribus prius ceſis, caſus eſt in. l. fi. ff.
arbo. fur. ceſa. ſecus ſi dãnum reſpiceret futurum vt p opere fa
cto qđ agro noceat qz tunc dat actio emptori, vt in. l. ſi tertius i.
§. ſi qs prius. ff. de aqua plu. arcen. ¶ Nono eſt notãdum q̃ em
ptor nõ poteſt eſſe melioris conditionis in re empta q̃z ipſe ven=
ditor fuerit auctor ſuus vt in. l. in bis. §. nõ debeo. ff. de regu. iur.
⁊ eadẽ cã dz eſſe emptoris in agendo q̃ fuit vẽditoris. l. inuitus.
§. plerunq̃. ff. de reg. iur. ⁊ in. l. ſi qñ. in. §. heres. vbi Bal. no. ff.
de lega. j. qz fungitur vice illius, vt in. l. ij. §. fi. ff. de here. vel act.
ven. ⁊ ex pſona venditoris tranſeunt exceptiones in pſonã em=
ptoris vt in. l. ſi a te. in. §. fi. ⁊ in. l. ſi mater. in fin. ff. de excep. rei
iud. probatio tñ facta ꝰ venditorem nõ preiudicat emptori non
vocato qui prius emerat. ita not. dixit Joã. an. in addi. Specu.
in tit. de teſte in. §. nunc tractemus referens conſilium By. ⁊ eꝰ
q̃ ob. emptori obſtabit pariter ⁊ venditori. l. quoties. ff. ſi fami.
11 fur. fe. di. ⁊ in. l. emptori. C. de euic. ¶ †Decimo notandum qđ
valet venditio facta ad vitam quando datur cõgruum pretium
cõſiderata qualitate rei ⁊ etate mentis ſm qđ not. declarat in.
l. ſi pater puelle. C. de inoffi. teſta. ⁊ p Cy. in. l. cũ lege. C. de vſu.
⁊ tradunt mo. in. l. de fideicõ. C. de tranſac. ⁊ facta pro ſe ⁊ filio
filius viuente patre nõ bz ius in ea put dicit Bal. in. l. liberti li
berteq̃z in. vj. col. in ver. quero igit de bo. lib. Et venditio rei fa
cta ad vſuz intelligit ad ꝓprietatẽ plenã p tex. in. l. donationes
in cõcubinã. §. ſpecies. ff. de dona. ita dicit ſingl̃r Bal. in rub. C.
de iure emphy. ¶ Undecimo eſt notãdũ qđ venditio facta ex
neceſſitate ſubeũdoz̃ publicoz̃ munez̃ vel alia oportunitate co
gẽte non ppea reſcindit q̃ nõ videat facta ex libera ⁊ mera vo=
lũtate ⁊ ſpõte. tex. eſt ſing. in. l. nõ idcirco. C. de reſcin. ven. Jtẽ
cui incũbit onus ꝓbãdi ſolẽnitatẽ requiſitã in vẽditione interue
niſſe vel fuiſſe adhibitã reo vel actori vide p glo. i. l. iperatores.
ff. de priuil. credi. ⁊ p Bar. q bene declarat q̃ illi ꝰ quẽ eſt pre
ſumptio in. l. fi. ff. de ſepara. bono. ⁊ qđ no. in. l. j. C. de iure fiſ. li.
x. Jtẽ in venditione pro ſatiſfactione legatorũ dz ſeruari ordo qz
primo fructus debẽt vẽdi. ſecũdo mobilia. tertio imobilia ⁊ ſte=
rilia ⁊ minus dãnoſa. tex. eſt no. in. l. fi. in. §. vbi aũt in vnũ. C. de
boniſq̃z libe. in. l. a diuo pio. §. in vẽditione. ff. de re iudi. ⁊ in. l. is
12 cui. §. q legatoz̃. ff. vt lega. no. ca. ¶ †Duodecimo ⁊ vltimo no=
tãdũ q̃ ſi qs promiſerit mihi rẽ vẽdere infra certũ tps ſi alteri vẽ
dat an poſſim agere ꝰ emptorẽ ⁊ poſſeſſorẽ. an ꝰ principalẽ ob=
ligatũ ⁊ pmittẽtẽ vr̃, q̃ ꝰ principalẽ p tex. in. l. fi. in fi. ff. de ẽbẽ.
emp. qz actio pſonalis nõ ſequit fundũ. Jtẽ qz hoc pactum non
impedit dominij trãſlationẽ ſi ꝙtrafiat, vt in. l. penul. ff. de pac.
⁊ quod no. in. l. ea lege. ff. de cõdi. ob cau. ⁊ ita dicẽdum. Eſt tñ
poſſeſſor citandus per. l. ſi deſerta. C. ſi pp publi. penſi. vt tradit
Bal. in. l. qui ſolidum in. §. j. ff. de lega. ij. ꝓbat per tex. no. in. l.
in cauſe la. j. §. fi. cũ. l. ſeq. ff. de mi. vbi ſi vẽdi. vendat alteri ſcõs
nõ quenit ſi bona fide emit niſi i ſubſidiũ p exiſtẽte nõ ſoluẽdo.

FINIS

Tractatus perutilis in mate-

ria Societatũ, tam de iure ciuili, quam in foro cõsciẽtie, Editus per clarissimum Iu. vtriusq; do. B. Angelum de Periglis de Perusio, Incipit.

Prefatio.

Quoniam laicorum frequens est vsus in cõtrahendis societatibus negotiãdi, vt vnus socioꝝ pecuniã, alter operã ponat. Et similiter in societatibus. Aut negotiationibus animaliũ quas socitas vulgo appellamus. Circa q̃ plura tam in foro iudiciali quã in foro ꝙscientie dubia occurrere posse videnť. Ideo reqsitus ego Ang. de periglis de Perusio iuris vtriusq; minimus doctor, a quodaz religioso ꝛ honesto viro fre cõfessore obseruãte regule Beati Fran. vt qd circa p̃dicta etiã pro salute aiaꝝ sentirẽ in scriptis redigere deberez. Et lz in hac re presertim quãtũ attinet ad foꝝ cõscientie me inexercitatũ ꝛ inexptũ esse cognoscã, tñ vt voto querentis satisfaciaz, in oibus tñ me remittendo correctioni ꝛ emendationi cuiuslibet melius sentientis, ꝛ presertim canonistaꝝ ꝛ theologoꝝ. Que circa predicta sentio breuiter subijciã tam de iure ciuili (vñ hec materia principiũ ꝛ originẽ habuit) quã de iure canonico, lz in paucis locis tãgať. Solũ. n. aliqualiter habeť in decretis. xiij. q. ij. c. plericq. ꝛ in decretalibus aliqualr hr̃ in. c. p vestras. de dona. inter vir. Et remissiue doc. tangunt in. c. fi. de vsuris. Hosti. vero in summa sua in ti. de vsur. Sanctus Thomas de Aquino breuissima verba pfert scda scde. q. lxxviij. versi. ad 5m sic procedit, arguẽdo ad quintũ dicẽdũ. Frater Bartholomeus de sancto Cõcordio ordinis p̃dicatoꝝ i sua sũma de casib9 ꝙscie, q̃ vulgariter appellať, la pisanella. inp 3bo, societas, aliq̃ ẽt ꝙpẽdiose enarrat.

De duobus principaliter queritur.

Primo, quando societas contrahitur ad aliquam mercantiam vel artem in qua vnus socioꝝ ponit pecuniam tantũ. Alter operam tantum.

Secundo, de negotiatione ꝛ societate animalium quam soccitam appellamus.

SVMMARIVM

Circa primum de. xviij. dubitari verisimiliter posset, tam in foro iudiciali quam in foro conscientie.

1 Primo, an talis societas valeat.
2 Secundo, qualiter partes diuidantur inter socios lucri ꝛ damni si nil inter eos est expresse conuentum.
3 Tertio, an dicti socij licite possint conuenire vt vnus duas partes lucri ꝛ damni, alius tertiam sustineat.
4 Quarto, an possint conuenire vt vnus socioꝝ duas partes dãni ꝛ vnã lucri sentiat, ꝛ alius eꝫ duas ptes lucri ꝛ vnã dãni bẽat.
5 Quinto, an inter dictos socios valeat pactum qõ deducto damno de lucro vnus ferat duas partes, ꝛ alter vnam.
6 Sexto, an inter predictos valeat pactum vt vnus ferat tres partes lucri, ꝛ alius quartam, ꝛ periculum sit commune.
7 Septimo, an possit cõmitti disceptationi eius qui recipit pecuniã vt assignet partem lucri ꝛ damnum quãtum sibi videbiť.
8 Octauo, an valeat pactum q̃ vnus lucretur tantum, alter damnum tantum sentiat.
9 Nono, quando factum est pactum de damno, ꝛ nihil dictum est de lucro vel econtra.
10 Decimo, quando socij ex disparibus ptibus fundigum vel apothecam conduxerunt, pro qua parte ad pensionem teneanť.
11 Undecimo, quãdo talis societas ꝙtrahiť, vt capitale sit saluuz.
12 Duodecimo, an in dubio in dicta societate si capitale p̃dit̃ damnum sit commune, vel solum illius qui pecuniam posuit.
13 Decimoterno, an per pactum fieri possit vt periculum capitalis sit commune.
14 Decimoquarto, an ille qui semel pecuniã posuit si p̃dita est ante finitam societatem teneatur iterum pecuniam ponere.
15 Decimoquinto, an capitale dicte pecunie finita dicta societate sit commune vel solum illius qui pecuniam posuit.
16 Decimosexto, quando vterq; socioꝝ mixtim ponit pecuniã etiã operam, sed vnus maiorem quãtitatẽ pecunie quam alter ꝓ quibus partibus lucrum ꝛ damnum diuidi debeat.
17 Decimoseptimo, an q̃ tñ operas ponit debeat habere salariũ.
18 Decimooctauo quãdo ponens operas tantum vult aliquid certum pro operibus, ꝛ non vult teneri de damno.

Prima pars Tractatus.

1

Ad primum rñdeo † qõ talis societas ad mercantiã vel artẽ in q̃ vnus ponit pecuniã alter operã tm̃, valet ꝛ est licita, tam de iure ciuili quã de iure canonico ꝛ diuino. l. j. C. pro socio, qz lepe opa alicuius ꝓ pecunia valet. insti. eo. §. ij. qõ tenet. gl xiij. q. ij. cap. plericq. Idẽ tenet Hosti. frater Bartholomeus, ꝛ san. Thomas in ꝓallegatis locis, qõ intelligi debet quando mercantia ꝛ ars est licita ꝛ non prohibita, in ca. per vestras. extra de dona. inter vir. ꝛ vxo.

2 Ad secundum dico quod † inter dictos socios in dubio lucrũ ꝛ dãnũ erit cõe quoliber iure. l. si nõ fuerit. in pin. ff. pro socio. insti. eo. §. j. ꝛ ita tenet Hosti. in summa de vsuris. §. qõ si ꝯbatur societas. Idẽ sanctus Thomas scda scde. q. lxvij. Ubi assignat rõnẽ qõ iste q mittit pecuniã ꝓ modũ societatis nõ trãsfert dñiũ pecunie sue in socium, sed apud eum remanet ita q̃ in periculo ipsius ponentis pecuniã socius negotiať. Et ideo põt licite partem lucri inde ꝓuenientis petere tanquã de re sua. Et cũ societas instar ꝛ similitudinẽ fraternitatis habeat. l. vex. ff. pro socio. Sicut ergo inter fratres debet seruari equalitas, ita ꝛ inter socios, banc tñ equalitatem seruãdã dictus frater Bartholome. in. d. sua summa sic declarat videlicet, vt si ego pono in societate centum ꝛ tu ponis industriam ꝛ laborem tuum. In fine anni facta rõne ego accipiã illa centum ꝛ tu pretium psone tue siue industrie, qõ ponamus eẽ sue valere alia centũ. Post hec qcqd superest de lucro accipiã ego medietatẽ occasione mee pecunie ꝛ tu aliã medietatẽ occasiõe tue psone. Et 5m hoc vr̃ velle qõ si in fine anni functa societate in totũ reperiunť. ccc. qõ ego debeo hr̃e centum loco illoꝝ q̃ in societate posui, ꝛ tu cẽtũ loco psone tue ꝛ operaꝝ. Alia centum diuidentur tanquã lucrum inter nos diuidẽdũ, qõ salua veriori determinatione mihi veꝝ nõ vr̃ nec de iure ciuili nec canonico vel diuino. Nã opera bois nihil aliud est quã diurnum officium. l. j. ff. de operis lib. imo opera bois dr̃ esse fructus bois. l. ij. cũ duabus sequ. ff. de operis ser. ille ergo q̃ in societate operã tm̃ ponit, nõ dr̃ aliquid cõsistens in sorte vel in capitali ponere, sed solũ fructum psone sue, qui fructus aut vsufructus psone correspõdet fructui aut cõmoditati illoꝝ centum q̃ ego in societate posui. ꝓ quo bene facit qõ dicit tex. in. l. cũ duobus. §. si in coeuda. ff. pro soc. dũ dicit qõ pretiũ opere est velamẽtũ artis. Et hãc sniam sequutus est Bald. licet p̃dictas. ll. nõ alleget in. l. j. ij. q. C. ꝓ socio. ꝛ sic intelligi debet supra proxima qõ. dictuz est, vcz qõ sepe opa alicuius ꝓ pecunia vz. i. ꝓ cõmoditate ꝛ vsufructu dicte pecunie. Et ideo cõcludo qõ de dictis. ccc. ego q̃ cẽtũ posui ante partẽ caput detrabã, ꝛ. cc. q̃ remanent tanquã lucrum inter nos diuidi debent, ꝛ ita vt ex suprascriptis apparet vr̃ esse de mente beati Thome de agno. Nec me in ꝯrium moueret si quis diceret fingamus illũ q̃ ponit opas ꝛ industriã si locare vellet opas suas ꝓ mercede certa quolibet anno reperiret centũ et alius quinquaginta nec subiaceret alicui casui fortuito q̃ euenire posset in mercãtijs, aut rebus artis illius qz rñdeo ꝛ primo q̃ illã mercedẽ quã hr̃e posset nõ dr̃ ponere a prin. sicut ille q̃ ponit dicta centũ. Cum merces illa sibi non debeať a prin. locationis 5m Guill. in. l. edem. C. loca. Ex quo sequiť scda responsio qõ illa merces est fructus siue industrie ꝛ opaꝝ. imo recte ituẽti quo ad eũ nõ est illa merces nisi sua opa ꝛ industria cũ in eius recõpẽsatione deť. Et ideo licet ex opa mercedẽ ꝙsequať, tñ ex mercede ope nullũ fructũ dr̃ ꝙseq; neq; ꝙsequi põt, qz singulis de rebus opa ꝓstať cũ sit diurnũ officiũ, ꝛ sicut vsure vsuraꝝ nõ dñt aliquo iure vt. l. fi. C. õ vsur. Ita fructus mercedis ope deberi ñ põt. Nec ob. qõ mercedẽ bz sine periculo qñ opas locauit qz lz qñ operas in societate posuit de piculo teneat tm̃ plus põt lucrari quã esset merces quam habere posset locãdo operas suas.

3 Ad tertium † dico qõ dicti socij licite pñt cõuenire vnus duas ptes lucri ꝛ dãni. Alius tertiã tm̃ cõferat si modo ille q̃ plus ferre dz aliquid plus societati cõtulisset

ri cõtulisset vel pecunie vel ope vel industrie qđ coꝛrespõdet illi
pluri q̃ de societate ferre dꝫ.l.si nõ fuerint.in pꝛin.l.qd.n.in fi.
ff.p soc. Arbitrio ergo boni viri estimabit an illud plus q̃ in so
cietate ponit coꝛrespõdet illi pluri qđ ꝺ societate pcipit nec alia
certioꝛ doctrina tradi põt,ſꝫ arbitrio boni viri ⁊ ꝓpria ꝙsciaꝫ re
mittẽdũ est cũ in hac actione p socio q̃ bonefidei est arbitrio bo
ni viri sequẽdũ est.l.in ꝓposito.ff.p socio. Si autẽ vnus plus al
tero nõ conferret,tale pactum etiã de iure ciuili nõ valeret ꝑm
Azo.quẽ sequit Accursi.licet alíq aliter dixerint in glo.in.d.l.
si nõ fuerint.tamẽ hec opinio Azo.tãquã equioꝛ ⁊ iustioꝛ sequẽ
da est per.d.l.si nõ fuerit in pꝛin.⁊.d.l.quid enim in fi.eo.titu.
4 ¶ †Ad q̃rtũ dico qđ vnus ipsoꝝ socioꝝ ñ põt pacisci vt duas
partes lucri ⁊ vnã ptẽ dãni ferat ⁊ alius eꝫ duas dãni ⁊ vnã lu
cri,qꝛ lucrũ nõ intelligit nisi deducto oi dãno. Et ideo nõ potest
vnus socioꝝ plus de lucro participare quã de dãno vel eꝫ et de
in.cini.nedũ de iure canonico vel diuino vt.l.mutius.ff.p socio.
5 ¶ †Ad quintũ dico qđ valet pactũ inter socios quod deducto
dãno vnus ferat duas partes alter vnam ⁊ hoc de iu.cini.l.mu
tius in fi.ff.pꝛo soc. Quod tamẽ in foꝛo cõscientie verum putarẽ
si ille q plus de lucro fert tantundẽ plus pecunie,opere,aut in
dustrie in societate posuerit.per ea que.s.in.iij.q.dicta sunt.
6 **Ad sextum** respondeo †qđ pactũ vt vnus ferat tres
partes lucri ⁊ alius quartã ⁊ piculũ soꝛ
tis fit cõe nõ ꝺꝫ aliquo iure,qꝛ lucrũ sentiret p maioꝛi pte q̃ pe
riculũ. Et sic p ea pte ꝯctus diceret vsurarius,p quo facit glo.
in.l.cũ duobus.in §.fin.allegat.l.item papinianus.ff.pꝛo socio.
7 ¶ †Ad.vij.rñdeo qđ valet pactũ inter dictos socios vt cõmit
tat discretioni eius q pecuniam accepit vt assignet partes lucri
⁊ dãni quantã sibi videbitur ꝑm dictum fratrẽ Bartholomeum
in pisanella.in verbo,societas. Caueat tamẽ ille cuius arbitrio
remissum est vt iuste ⁊ eque partiat ei plus de lucro assignãdo q
plus in societate posuit,alias nedũ in foꝛo ꝙscientie tenetur, sed
etiã de iure ciuili si inique partes faceret ad arbitrium boni viri
reduci posset.l.si societatem.cum se.⁊ se.ff.pꝛo socio.
8 ¶ †Ad.viij.rñdeo q̃ nullo iure ciuili canonico vel diuino ꝯbi
põt societas vt vnus tm̃ lucrũ,alius tm̃ dãnum sentiat vel ferat.
Esset.n.iniquissimũ genus societatis,q̃ leonina appellat.l.si nõ
fuerit in fi.ff.pꝛo socio. Quod tm̃ verꝫ est nisi ille qui tantum ope
ras poneret aliquid certũ p sua opera vellet sine dãno, qꝛ tunc
nõ tanq̃ socius sed tanquam locatoꝛ operarum suarum ita paci
sci posset vt infra latius in.xviij.q.dicetur vbi vide omnino.
9 **Ad nonum** dico † qđ q̃n factũ est pactũ de dãno lꝫ
nihil sit dictũ de lucro intelligit idẽ pa
ctũ factũ de lucro vel ecõtra.inst.pꝛo socio in §.illud qđ.⁊ ca
10 noniste ⁊ oẽs sequunt. ¶ †Ad decimũ rñdeo quod socij ex di
sparibus partibus fundum vel apothecã ꝙducẽtes locatoꝛi te
nent̃ p equalibꝰ partibus,inter se aũt tenent̃ p rata societatis,⁊
ita dividere debent dcm̃ debitũ mercedis sicut dividunt pꝛinci
pale,⁊ ꝑm dictas disparis partes dividi dñt supellectilia ⁊ mas
saritie dicte societatis.quod sequẽdũ oi iure vr̃ cum ꝙueniat ar
bitrio boni viri qđ in hac materia ⁊ iudicio p socio versat̃ vt di
ctum est in.iij.questio. Ita probat ⁊ determinat Bal.in.l.j.C.p
socio.in.xxiij.q.vbi dicit quod ꝑm dictas disparis partes.
11 ¶ †Ad vndecimus dico q̃ de in.cano.⁊ in foꝛo ꝙsciẽtie nõ põt
pacisci q̃ capitale sit saluũ,ita sentit glo.in.c. plerique.xiiij.q.ij.
De iure aũt ciuili sunt opinio.nã Bal.in.l.j.C.p socio in.ix.q.
tenet q̃ tale pactus nõ valeat,neq̃ ex forma ꝯctus,neq̃ ex eius
natura,ideo dicit qđ sapit vsurariã prauitatẽ. Hosti.aũt in sum
ma latius quã alter in titu.de vsur.§.an autez aliquo casu vltra
sortẽ.versi.pozro fieri põt.examinãdo hunc articulũ ꝙcludit q̃
de iure cini.talis societas valet magis ex vi pacti quã ex natu
ra ꝯctus,tm̃ nõ est oino equa,et ideo in iudicio anime non seruã
da. Idẽ dicit Anto.de but.in.c.fi.de vsu.tanq̃ ergo hec opi
nio,qđ tale pactũ nõ valeat sit tutioꝛ ⁊ equioꝛ quolibet iure aut
foꝛo amplectẽda ⁊ sequenda est vt in.c.inuenis.extra de spõsa.
12 **Ad duodecimum** † vꝛ an in dubio si capita
le est pditum casu,dãnũ sit
cõe,vel tm̃ illius q pecuniã posuit.⁊ rñdet glo.qđ in dubio non
est cõe.l.si nõ fuerint.§.j.ff.pꝛo soc.⁊ sic erit illius tm̃ q pecuniaꝫ
posuit.licet glo. ꝓrium dicat q̃ sit cõe in.l.j.C.pꝛo socio. Tñ pro
pꝛima opinio.qđ nõ sit cõe facit,qꝛ ille q capitale ponit non ꝺ
cõicare capitale,sed fructũ eius. Nã ille qui operã ponit ꝺ so
lũ fructum ꝓsone sue cõicare,cum opere sint fructus bois vt di
ctum est.s.in.ij.q. Itẽ qꝛ satis habet ille q operas posuit si ope
ras pdit absq̃ eo q̃ teneat̃ ad partẽ capitalis pditi. Dixit tamẽ
Bet.quẽ refert Cy.i.l.j.C.p socio.q̃ aut dicta pecunia aut ca
pitale statim est pditũ casu fortuito anteq̃ alter socius opas po
neret,⁊ dãnũ erit cõe. Aut post operas pstitas ⁊ pditas ⁊ tunc
dãnũ erit illius tm̃ q pecuniã posuit.satis.n ꝺꝫ ille de dãno qui
operas pdit,⁊ hãc opi.Cy.dicit esse equiorẽ.de iuris ciuilis tm̃
rigore lꝫ statim pereat si tm̃ perit ex cã societatis damnuꝫ vr̃ esse
cõe.l.si id qđ.§.j.ff.pꝛo soc.opinio tm̃ Bet.quã sequit Cy. ꝑsert
tim in foꝛo cõscientie magis mihi placet cũ cõuenire videat̃ ar
bitrio boni viri q̃ in hoc iudicio versat̃.l.in ꝓposita.ff.p socio.
Adeo q̃ si in pꝛincipio societatis totũ capitale esset pditũ,⁊ mo
dice opere,tunc adhuc putarẽ q̃ p aliqua pte ille q opas ponit
participare debeat de piculo capitalis postq̃ rõne dicti capita
lis ẽt pricipaturus erat de lucro,argu.l.si nõ fuerint.in pꝛin.⁊.l.
quid.n.in fi.ff.p socio. Que oia pꝛocedunt vbi nulla est ꝙsuetu
do in ꝯrium.si autẽ ꝙsuetudo esset vt piculus capitalis in dubio
sit cõe qꝛ illud q̃ est cõe videbitur actum inter partes.l.qđ si no
lit.in §.q assidua.ff.de edil.edic.l.si pꝛins.i.§.placuit.ff.de aqua
plu.arcen.tunc dicerẽ q̃ piculum sit cõe postq̃ hoc fieri põt p
pactum expꝛessum vt ꝛ glo.xiiij.q.ij.c.plerique. Sed si tale dã
nuꝫ capitalis ꝓcederet dolo vel culpa alicuius socioꝝ,illius so
lius esset piculum,cũ socius de dolo ⁊ culpa teneat̃.l.socius so
cio.ff.p socio.in qua culpa cõprehẽdit̃ leuis,nõ autẽ leuissima,
sufficit.n.qđ socius talem diligentiã adhibeat in rebus cõmuni
bus qualem in rebus ꝓpꝛijs adhibere cõsuevit vt.d.l.socius.
licet enim piculũ dicte pecuniꝫ regulariter ad eũ spectet qui eã
misit in societate,tm̃ non intelligitur qñ venit culpa consocij etiã
si exꝓresse in se periculum suscepisset.l.fi.C.de nau.feno.
13 **Ad decimumtertium** breuiter respondeo
† q̃ pactũ fieri po
test qđ periculum capitalis sit cõmune,qđ satis clare tenet glo.
14 in.d.c.plerique.xiiij.q.ij. ¶ †Ad decimumquartum dico qđ si
perditum est capitale ante finitã societatem nõ tenebit̃ ille q ca
pitale posuit iterum ponere,siue periculum sit cõmune,siue nõ.
qđ tenet glo.in.d.l.si nõ fuerint.in.§.j.ff.p socio.⁊ in.d.l.j.C.eo.
15 ¶ †Ad.xv.si finito tpe societatis nõ repit̃ nisi capitale,an di
ctuꝫ capitale pecunie cõe sit vel illius qui posuit.licet Bal.hãc
questio.late examinet in.d.l.j.in.ij q.tamẽ mihi ita videt̃ dicẽ
dum,maxime in foꝛo cõscientie. Qꝛ aut ex pacto vel ꝙsuetudine
periculũ dicti capitalis erat cõe,⁊ tunc cõmuniter dividi debet
inter socios dcm̃ capitale q̃ supereſt. Aut periculum dicti capi
talis nõ erat cõe sed solum illius qui capitale posuit vt est in du
bio.vt est dictum.s.in.xij.q.⁊ tũc totũ illud capitale erit illius q̃
pecuniã posuit. Cõgruit.n.hoc arbitrio boni viri qđ in hoc iu
dicio versat̃,ne ꝙtractus claudicet,vt ille q participaturus non
erat de periculo capitalis,nõ participet de ipso capitali. Esset
enim ꝙtra ius fraternitatis cui societas cõparat̃.l.verũ in pꝛin.
ff.pꝛo soc. Itẽ cum ille qui pecuniam ponit eius commoditatez
cõmunicare dicatur ei qui tãtũ operas ponit,cum ille qui ope
ras tãtũ ponit cõicare dicatur fructũ sine ꝓsone vt dictum supꝛa
sit in.ij.q.⁊ ideo capitale non est communicandum.
16 **Ad decimumsertum** reſpõdeo † q̃ ille qui
tantum operas ponit
q̃n proficiscitur causa societatis debet habere expẽsas de coꝛpo
re societatis ꝑm Jac.de are.⁊ Cy.in.d.l.j.C.pꝛo socio.qꝛ lucrũ
non dicitur nisi deductis expensis.C.de colla.l.illud.ff.pꝛo socio
l.mutius.qđ intelligit Bal.in.d.l.j.exceptis expensis quas fa
cturus esset domi,qꝛ ille fieri non debent de coꝛpoꝛe societatis,
argu.l.sed si lege.§.autẽ.ff.de peti.here. Multum tamẽ in hoc
putarẽ obseruandam esse cõsuetudinem etiam in foꝛo cõscientie
cum optima sit.ll.interpres.l.si interpretatione.ff.de.ll. Cũ etiã
minime sint mutanda que lõgam interpꝛetationem habuerunt.
l.minime.eo.ti.cum etiam tacite videatur actum qđ fieri cõsue
vit vt.l.licet.C.loca. Et dictum est supꝛa in.xij.q.
17 ¶ †Ad decimumseptimum respondeo qđ si vterq̃ socioꝝ mix
tim ponit pecuniã ⁊ operã,sed vnus maioꝛẽ q̃ntitatẽ quã alter,
sine sit factum pactum pꝛo quota parte quis lucrum ⁊ dãnũ sen
tiat,siue nõ sit factum,sed sumus in dubio,tunc etiã de iure ciui
li non solum in foꝛo cõscientie considerandum est quis eorum in
effectu in societate posuit,licet enim vnus maioꝛẽ summã pecu
nie posuerit ⁊ etiã operã suã tamen posset esse tanta industria al
terius qui minoꝛẽ summã posuit qđ excederet illum qui maioꝛẽ
summã pecunie posuit,vt si solus naviget,si solus peregrinet, si
solus pericula subeat.d.l.si non fuerint.in fine pꝛincip.⁊.l.quid
enim.ff.pꝛo socio.⁊ facit quod supꝛa dictum est in.iij.q.
18 ¶ †Ad decimumoctauum ⁊ vlt.respondeo qđ quãdo ponens
operam tãtum vult aliquid certum pꝛo opera sua ⁊ nõ teneri de
damno valebit tale pactum aut conuentio.nec erit cõtractus so

cietatis sed locationis operaꝝ. Ita ẽt concludit dñs fr̃ Bart. in dicta Pisanella sup verbo societas in fine. vbi etiã subdit qó talis ponens operas potest paciscí nõ solum vt habeat aliquam summã certã pro sua opera ꝛ nõ teneatur de dãno vt supra dcm̃ est. Sed etiam vt talẽ partem lucri habeat ꝛ nihil de dãno, qm̃ illam partẽ lucri nõ recipit vt socius sed vt locator operarum. Quod tñ intellige nisi damnum procederet culpa ipsius ponentis operas vt. l. itez queritur. ꝛ. l. si merces. §. qui calumniam. ff. loca. Et ita intellige quod supra in. viij. questione dictum est.

¶ Secunda pars Tractatus.

Circa secundum p in. vcz de societate, negotiatione, sine soccita animalium diligentius animaduertendũ. Cum hec materia magis implicita, ꝛ minus bene declarata per maiores nostros reperiat̃. Et cum frequentissima ꝛ quotidiana sit presertim cũ rusticis qui minus iuris notitiam habent. l. quicunqꝫ. C. qui admit. ideo plenius ꝛ clarius procedendũ est, vt. l. legaui. §. fi. ff. de auro ꝛ arg. lega. Quare sex modis in prin. huiusmodi negotiatio animaliũ contrahi seu exerceri posse videtur.

¶ Primo p viã societatis q̃ꝫ soccitã vulgo appellamus, ꝛ hoc est qñ expresse aialia tradũtur gratia societatis ꝫbende de illis vt dicit glo. in. l. si pascẽda pe. C. de pac. vel ẽt qñ tacite qz nõ exprimit̃ qp gratia societatis vel societate tradunt̃, sed vt cõia sint, ꝛ sic pro parte dominiũ remanet apud tradentẽ, qz tacite p alia parte videtur cõicari in illũ cui cõmunicatur etiaꝫ sine traditione transfertur. l. j. §. in societate. ff. pro socio. ꝛ hoc etiã modo cõtrahitur societas vel soccita. l. si tibi arte. ff. de prescriptis verbis ꝛ bene facit quod dicit Bald. in. d. l. si pascenda pecora.

¶ Secundo quando dominium animelium nullo modo trãsfertur, ꝛ sic animalia nõ cõicãtur, sed sola custodia permittitur aliquo dato vel recepto, ꝛ tunc contractus locationis ꝛ cõducti dr̃. l. si qs vitulos. ꝛ. l. si merces. §. apparet. ff. loca. facit. l. nõ solet, ꝛ l. qui mercedem. eodem titulo. ꝛ. l. naturalis. in. §. at cum do. ff. de prescriptis verbis.

¶ Tertio qñ aialia tradunt̃ vt in totũ dñium in recipientẽ transferatur, ꝛ ad meliorãdum dar̃, ꝛ tunc resultare dicitur contractus innominatus ꝛ cõpetit actio pscri. verb. vt. d. l. si tibi aree.

¶ Quarto qñ equa vel asina alteri datur vt cooperiat̃ ab equo ꝛ non aliter ad meliorandum, qui contractus species cõtractus innominati esse dicitur. d. l. si tibi aree.

¶ Quinto quando animalia estimata traduntur vt commoduꝫ vel incommodum sit recipientis, qz tunc dicitur contractus emptionis. arg. l. estimate. solu. matri.

¶ Sexto qñ non apparet quomodo animalia rustico concessa sint an ratione societatis vel soccite vel loca. vel alterius ꝫctus qó facile cõtingere põt, presertim qñ mortui essent principales contrahentes, qz tunc quis ꝫtractus in dubio presumatur ꝛ qualiter ꝫueniri debeat capitale ꝛ fructus ex. j. dicendis apparebit.

SVMMARIVM

1 Societas quando intelligatur tacite vel expresse contracta.
2 Jumenta si quis dederit iure societatis, accipiens debet ea tenere per quinqꝫ annos si tempus non fuerit limitatum.
3 Arbitrium boni viri circa quid versetur.
Lex dura de iure ciuili seruanda.
4 Ablatum nisi restituatur, peccatum non remittitur.
Hominum negotia sunt plura, q̃ꝫ legum vocabula.
5 Pacta circa pecora pascenda de iure ciuili seruanda.
Jura volunt qó in iudicio societatis arbitrium boni viri versẽt.
6 Animal inestimatũ dans, piculũ ipsius cui regulariter pertineat.
7 Pacta conformia secundum consuetudinem seruanda.
8 Casus fortuiti periculum est commune quãdo animalia estimata traduntur inter socios.
9 Paciscí licet circa fructus ꝛ tempus eodem modo quo societas durare debet.
10 Lucrari non est licitum cum aliena iactura. 19.
11 Usura est quicquid accedit sorti.
Fraternitatis iuri societas comparatur.
12 Hominus ponens bones ꝛ terram qualiter paciscí debeat.
13 Animalia minuta accipiens quos redditus soluere debeat.
14 Porcam iure societatis accipiens si non fuerit dictum de tempore triennio debet ea potiri.
15 Hominum animalium quando non dicatur transferri.
16 Contractus locationis natura.
17 Custodis imperitia, qui pro custodia mercedem recepit, annumeratur culpe.
Custodiam alicuius rei recipiens, mercede recepta, de culpa leuissima tenetur.
18 Damnum debet esse commune, sicut vtilitas communis est.
20 Actum videtur inter partes quod in dubio est consuetum.

1 a **D primum** quando† societas vel soccita tacite vel expresse sup aialibus ꝫcta est. Tñc res vt clarior ꝛ facilior appareat considero. iiij. casus.

¶ Primus si contracta est sup animalibus grossioris gñis vt bouũ, vacaꝝ, iumentoꝝ, seu equaꝝ, quoꝝ fructus in anno regulariter nõ ascendit ad valorẽ matris vt experientia docet, q̃ animalia inestimata socio cõicata sunt ꝛ sine alia communione terre, potest enim talis societas animaliuꝫ ꝫbi cum terra ꝛ sine terra vt dicit glo. in. l. cum duobus. in. §. si in coeunda. ff. pro socio.

¶ Secundus quando talia animalia communicantur estimata sine terra.

¶ Tertius qñ cõmunicantur estimata vel inestimata cũ terra.

¶ Quartus casus quando societas vel soccita contrahitur sup animalibus minutis vt ouibus capris sine porcis.

Primo casu quando contrahitur societas sup animalibus crassis inestimatis ꝛ sine terra, tunc aduertendum puto quod aut nullus pactum factum est de capitali aut fructu. Et tũc reperio quedã iura extrauagãtia in extraordinaria capitula feudoꝝ in fi. x. collationis. Et rubrica dicit, consuetudo societatis iumentoꝝ, ꝛ sic ad literam sequit̃ nigrũ vt in eo libro cõperio. Si † quis dederit iumenta iure societatis ille qui accipit debet tenere p quinqꝫ annos si nihil dictum est de tempore, ꝛ omnes polledri debent esse communes, ꝛ id qó acquisierint tẽpore triturationis, ꝛ in capite quinqꝫ annorum separat̃ societas, ꝛ ille qui dedit debet habere iumentuꝫ ante partem, sed si ille qui accipit dedit tertiã, scilicet dicit glo. partem pretij in emendo iumentum, tunc iumenta ꝛ omnia partienda sunt per mediũ. Et si amiserit inmẽta sua culpa qz nõ custodierit ꝛ coꝝm ostendere non potuerit vel caudam, emendare tũc debet. Et sequit̃ alia rubrica ꝫsuetudo societatis vacaꝝ. Et nigrũ sic dicit. Si qs dederit vaccã alicui vt haberet eã iure societatis ꝛ nõ dixit de tpe debet eã tenere per quinqꝫ annos et omnes vituli debent partiri per mediũ, ꝛ ille q dedit vaccam dz habere pro capo saluo si nihil dcm̃ est. Et ille q suscepit non de suo dedit in ptio vacce. Alioquin si partẽ pretij dedit, dicit glo. iij. p ea que dicta sunt supra in iumentis oia debent partiri per medium. Et si is q accepit amiserit vaccã sua culpa, qz custodẽ nõ misit, vel nõ bene custodiuit, ꝛ per hec vacca amissa est, qz fures abstulerunt vel lupus eã comedit, dz eã emẽdare suo socio. Satis. n. equa vr̃ hec ꝫsuetudo ꝛ boni viri arbitrio conuenire, 3 qó † boni viri arbitrium in hoc iudicio p socio versat̃. l. in pposita. ff. p socio. ꝛ qó cõsuetũ est vr̃ inter partes actũ. l. quod si nolit. in. §. qui assidua. ff. de edil. edic. ꝛ. l. si prius. in. §. placuit. ff. de aqua plu. arcen. Si vero alia esset ꝫsuetudo ꝛ tunc aut equa. s. ꝫsuetudo arbitrio boni ꝛ qnolibet iure ꝛ humano ꝛ diuino seruãda est, si iniqua, ꝛ tũc si de iu. ciui. obtenta est in ꝫtradictorio iudicio p vnũ actũ seruanda est, vt dicit glo. in. l. ij C. de episcopali. Be iure. n. ciuili ꝛ si lex dura sernãda est. l. pspexit. ff. q et a qui. dũmodo tantã iniquitatẽ nõ contemnat qó abusio magis quam consuetudo dici posset, per ea q̃ habẽtur in. l. de qbus. ff. de le. ꝛ in. c. cũ ꝫsuetudinis, de ꝫsuetu. Be iure x̃o diuino quo rigor iuris ciuilis nõ attẽdit̃ sed iustitia ꝛ eqtas. xiij. q. ij. c. plerigꝫ tũc dicta iniqua ꝫsuetudo sernãda nõ esset, imo ad restitu- 4 tionẽ teneret̃ ille q ad damnũ socij seruire vellet. Cum † non remittat̃ peccatũ nisi restituat̃ ablatũ. c. peccatũ. de reg. iu. li. vi. Arbitrari. n. põt bonus vir an equa vel iniq̃ sit dicta ꝫsuetudo consideratо valore aialium communicatoꝝ, ꝛ opera socij, ꝛ fructus eorum, ꝛ si qs plus ponat quam alter, vt in si. dicit tex. in. l. si nõ fuerint. ff. p loc. Alia enim certior doctrina tradi non põt. Si vero inter socios pactũ factũ est, ꝛ tũc cũ pluribꝰ ꝛ infinitis modis pacta cõcipi possent. Cũ plura hominũ sint negotia quã vocabula legũ. l. naturaliter. ff. de prescri. ver. Si singula pacta q̃ inter dictos socios ꝫcipi possent p̃sequi vellemus, nihil aliud esse videret̃ nisi rẽ quãdã infinitã aggredi. Quare magis p via regule q̃ꝫ singulos casus p̃sequẽdo declarari posse vr̃ iure enim 5 ciuili videt̃ qó † pacta circa pascẽda pecora facta ꝛ fructus eoꝝ sint seruãda. l. si pascẽda. C. de pac. Quod tñ sane intelligẽdũ est

dummodo

dūmodo qñ ꝯcta talia sint vt arbitrio boni viri equalitatē ꝙti-
neāt, ꝙsiderato capitali ex parte eius qui capitale ponit, ⁊ ꝙsi-
derata opa ex pte eius q recepit p regulā qua ponit tex. in. l. si
nō fuerint. ff. p so. iuncta. l. in ꝓposita. eo. ti. que iura volūt qō
in iudicio societatis arbitriū boni viri versēt, ⁊ ideo ꝙsideretur
qs plus societatis ꝓtulit vel pecunie, vel ope, vel cuiuscūqꝫ al-
terius rei cā, vt ille q plus ꝓtulit lucri recipe possit. p quā re-
gulā ꝑndēs ⁊ discretus homo faciliter dijudicare poterit ēt in
fo. ꝙsciē. an pactū de quo q̄rit̄ equalitatē inter socios ꝙtineat,
adeo qō seruādū sit vel ne. Sꝫ vt clarius huius rei veritas ap-
parere possit aduertēdū qō qñqꝫ pactū inter dictos socios fie-
ri pōt circa ipsuꝫ animal. i. capitale qō in societatate inestima
tū ponit̄, qñqꝫ circa fructus eius. qñqꝫ circa tp̄s quo societas
6 durare debeat. Primo casu postqꝫ inestimatū datū est, † non
vī posse paciſci qō ꝑiculū sit alterius quā ipsius qui inestimatū
dedit, cū regulariter ad ipsum ꝑiculū ꝓtineat vt dicit Bal. d.
l. si pascēda. ⁊ vt equalitas seruet̄ in fi. societatis illō animal q
p capitali positū est precipuū cē dꝫ ipsius ponētis. Vōlibet er
go aliud pactū qō circa illud capitale fieret, nō videret̄ eqlita-
tē ꝙtinere. Si. n. alter socius pderet capitale suū satis est q al
ter pdat opas suas, vt late dictū est. ē. in. j. q. p̄. qñ societas ē-
bit̄ ob aliquā mercātiā. Rūdeo ad. xij. q̄sitū. ⁊ sane intelligēdū
est qō de ꝑiculo nō teneat̄ socius q capitale nō posuit nisi ꝓces
serit sua culpa, qz tunc ō illo insolidū teneret̄. l. in duobus. in. §.
si in coeunda. ff. p so. ⁊. §. dāna. ea. l. ex qbus pꝫ qō nō liceret so
cio q animal inestimatū in societate posuit paciſci vt de primus
fructibus capitale suū ꝺtrahi possit. Qñ aūt pacta fierēt circa
fructus ⁊ tunc sine fiāt circa fetū vel lac vel frumētū qō ex opa
7 bonū queri solet vel posset vel equaꝫ extricatione. Tūc† si ta
lia pacta ꝙformia essent circa ꝙsuetudinē seruāda forēt si ō con
suetudine nō appet tūc si ꝙsideratis capitibus, ⁊ opa alteri⁹ so
cij equalitatē arbitrio bo. viri ꝙtinerēt, vt ille q pl⁹ ponit pl⁹ fe
rat, ⁊ si eqliter ponūt, eqliter ferāt seruāda essent. Qñ aūt pa-
cta fierēt circa tp̄s quo durare societas deberet, ⁊ tūc similiter
eqtas arbitrio bo. viri seruāda essꝫ. Cōsuenit. n. in animalibus
grossis, qnimmo talis societas durare, nō ergo videret̄ tutū p
lōge maiore, vel minore tpe ꝯbi p̄sertim in foro ꝙsciē. cū nō vi
deret̄ posse trāsire sine iactura vel dāno alterius sociorum.

8 **Circa fm casū qñ** †animalia estimata tra-
dunt̄, tūc ꝑiculū casus sor
titi inter socios est cōe vt. d. l. cū duobus. in §. dāna. ff. p soc. ⁊
tꝫ Bal. in. d. l. si pascēda. nec miꝫ qz tūc. d. estimatio fac̄ emp.
ar. l. estimate. so. ma. ⁊ hꝫ pinde ac si ille q dat ita animalia mu
tuasset socio medietatē ꝑtij, ⁊ ipse soluisset aliā medietatē, ⁊ cōi
ter ab ipsis duobus essent empta. ⁊ sic nimiꝫ si qlibet ꝑ rata ō
ꝑiculo teneret̄ qñ sine culpa alterius socioꝫ ꝓcessit, illius soli⁹ do
lū, vel culpā ꝙmittētis est ꝑiculū p. d. §. dāna. Nec aliter possꝫ
iuste iter socios saltē in fo. ꝙsciē. paciſci. Circa fruct⁹ aūt ⁊ tp̄s
9 quo societas durare dēat eodē † mō paciſci lꝫ in ℔. ij. casu quo
estimata tradunt̄ vt. §. dictū est ꝑimo casu qñ inestimata vt sp
equalitas arbitrio boni viri seruet̄. Sed in hoc casu diligētius
aduertendū est. Nā posset quilibet socioꝫ ponere tū respectu
ꝓtij animaliū q̄ estimata tradita sunt. Sꝫ rustic⁹ socius plus
ponit respectu opaꝫ ⁊ custodie, nō vī qō fructus per medium
sortiri debeat, ⁊ de hoc alias dubitari vidi, ⁊ ideo putarē arbi-
trio boni viri conuenire vt equalitas seruet̄. Quod si talis cu
stodia animaliū quaꝫ ponit rusticus sit aut fieri pōt p pupillos
aut minores, quorum opere non sunt in magna estimatione, lꝫ
alique sint impuberes opere, vt. l. fi. de lib. cau. ⁊ tunc si quam
aliam vtilitatē ex animalibus ꝓcipit socius rusticus q̄ alius, vt
feni vel leteminis, que vera similiter cū opa pastoris compēsa-
ri posset, ⁊ tūc iste fructus equaliter ēt in foro ꝙscien. sortiri pos
sunt. Si vero ope pastoris quas ponit rusticus vl̄ poni facit, vl̄
palee, fenū, aut herba quā ponit rusticus, excederēt alias com
moditates leteminis quas hꝫ rusticus, ⁊ tūc ēt equalitas seruā
10 tur p̄sertim in foro ꝙsciē. ne† cū aliena iactura alter socius lu-
creꝫ, aliqd ante partem rusticus ꝑ pastoris opa ferre dꝫ qō eq
naleat eo qō solus ponit, cū plus ponat quā alter, vt. d. l. sꝫ nō
fuerint. Nec enim posset ille q opā nō ponit se excusare si nihil
dare vellet dō qō rusticus in vero nullā pecuniā posuerit, qz
post q̄ estimata data sunt, pinde hī ac si posuerit, ⁊ ipse rustico
dictam partē ꝓtij numerasset, vel mutuasset. Nec rōne dicti
mutui aliquid a rustico repetere posset, nec opam custodis vel
11 aliud cū qcqd accedit sorti † sit vsura. c. ꝙsulnit. ⁊. c. in civita-
te. de vsur. Nec ℔ casu ꝙsuetudo ipsa excusare potuet i fo. ꝙsciē
tie post q̄ iniqtatē continet, ⁊ cōsocij dānum, ⁊ iacturam ⁊ iurī
fraternitatis non conueniat, cui societas comparatur. l. vero. ff.
pro socio.

Tertio aūt casu qñ estimata vel i-
esti-
mata animalia grossa cū terra iter socios cōicant̄ vt si cōico ru
stico vnū par bouum vel vaccaꝫ vt arare debeat certā q̄ntitatē
terre, ⁊ tūc si inestimata tradidi ꝑiculum in totum ad me spe-
ctat, si estimata cōe erit, vt. d. §. dāna. nisi ꝓcesserit culpa alte-
rius socioꝫ vt ibi qñ enim estimata tradunt̄ vt in societate sint
ille cui tradunt̄ pro medietate emere vī, arg. d. l. estimate. ff. so.
mat. Nil igit̄ miꝫ si dānū est cōe, qz post q̄ꝫ ille q ponit dat bo-
nes in societate ēt terrā ponit. Nil ēt miꝫ si fruct⁹ terre est cō-
munis. ponit. n. vnus ꝓtē bonū ⁊ operas, sꝫ qñ inestimati tra-
dunt̄ bones a dño q ēt terrā ponit, cū in totū ꝑiculū bonū ꝓtine
12 at ad dñm, posset tūc dñs† q ponit bones ⁊ terrā paciſci vt ma
iorē partem fructuum terre recipiat, cū rusticus tm̄ opas po-
nat nisi opa rustici ⁊ industria magis estimet̄ quā fructus q ve
nire possent simul ex bobus, ⁊ terra. Quia tūc non solū fructus
terre eqs ꝓtibus ꝓtiendi essent, sꝫ ēt de fructibus terre iusta rō
ne ⁊ salua ꝙsciētia rusticus plus ferre posset. p. d. l. si nō fuerit.
qō tū totū arbitrio boni viri relinqtur. d. l. in ꝓposita.

Circa quartum qñ societas sine socita ꝯ-
bitur sup animalibus
minutis aduertendū añ oia q̄ scriptū reperit̄ in dictis extraua
gā. quas hēo in fi. vsuū feudoꝝ. x. col. incipit rubrica, ꝙsuetu-
do societatis capraꝫ, ⁊ sic sequit̄ nigrū. Si qs dederit capram
aut pecudē iure societatis ille qui accipit dꝫ tenere per. iij. an.
13 ⁊ in vnoquoqꝫ †anno debebit dare ꝑ capra. xij. formaticos bo-
nos ⁊ optimos. p pecude. vj. ⁊ medietas capretoꝝ ⁊ agnoꝝ dꝫ
esse cōis, ⁊ medietas lane ⁊ ille q dedit capā aut pecudē ante
partū, dꝫ eū habere ⁊ si ille q accipit dedit tertiā tūc oia partiē
da sunt per medium. ⁊ si ille qui accepit amiserit culpa sua, qz
eam nō custodierit, vel nō bene clauserit pecor. ille dño tūc emē
dare dꝫ, ⁊ vt dictū est bonos formaticos dare dꝫ, sc̄z nō qdē de
vna munctura, qz si dedit tm̄ vnā pecudē, aut vnā capā tm̄ nō
dꝫ mihi dare talē formaticuꝫ qualis pōt fieri de vna munctura
tm̄, sed. iij. aut. iiij. muncture insimul mitti debēt vt bonus for-
maticus inde fiat, qz si ōdit alicui. xx. aut. xl. pecudes aut toti
dē capras dꝫ ne mittere vnā magnitudinā simul ⁊ facere vnū for-
maticum de tota magnitudine. Certe nō, sꝫ medie estimationis,
ita qō non frandet̄ qui dedit, nec qui accepit. Sꝫ si agni vel ca
preoli nati non fuerunt de vna capra, vel pecude, nō dꝫ dare ni
si medietatē formatici quē daret si nati essent agni, vel capreo
li. Segt̄ alia rubrica que incipit, sit ꝙsuetudo societatis porca-
rum, ⁊ sic segt̄ nigrū. Si quis dederit alicui porcā iure societa
14 tis, ⁊ nō fuerit dictū de tpe† tunc is q accepit dꝫ eā tenere per.
iij. ann. ⁊ oēs porcelli q nati sunt parriendi sunt p mediū i vno-
quoqꝫ anno, vel si placuerit domino ⁊ ei q accepit tenet̄ vsqꝫ i
capite trium annoꝝ debent oēs partiri p medium, ēt porcellos
natos de porcellis, ⁊ cum porca facit porcellos dꝫ dñs facere
adiutorium ei q accepit, ⁊ nō dꝫ qui accepit dare tertiā, aut in
cōione, ⁊ si amiserit culpa sua, qz porcile bene clauserit, vel cu-
stodē cum porcis nō miserit, dꝫ dño emēdare, vel casum amis-
sionis dño mutare dicere. Nec tm̄ leges ꝙsuetudinum satis ar-
bitrio boni viri conuenire dicunt̄ ⁊ eqtatē ꝙtinere vt in foro con-
sciētie seruari possint in locis vbi talis ꝙsuetudo vigeret. in lo-
cis autē in qbus de ꝙsuetudine nō appareret ⁊ talia animalia
estimata, vel inestimata tradita fuissent vt socita, vl̄ societas ꝯ-
bat̄, sive factū fuerit pactū aliud sive non fuerit circa ipsa ani-
malia sive circa fructus eoꝝ idē dōm est in societate aut socita
istoꝝ animaliū minutoꝝ tā circa corpa ipsoꝝ animaliū quā cir
ca fructus eoꝝ qō. §. proxime dictū est circa ipsa animalia gros
sa in socitā data estimata, vel nō estimata sive terra cum sit ea-
dem ratio, arg. l. illud. ad. l. aql. Et hec dispositio casus quan-
do socita tacite vel expresse contracta est.

15 **Circa fm autem qñ** † dominium animaliꝫ nullo modo trāsfertur, sed sola custodia committitur aliquo dato, vel recepto, ⁊ tunc aduertendum. Quia aut tradens dicta animalia recipit aliqui ꝓ bobus vt arent, vel ꝓ pecudibus vt stercorizent vel stabiant terram. Aut recipit aliquid ille cui animalia traduntur ꝓ mercede custodie. Aut opera animaliū vel stercorizatio cū opera custodie cōpensant̄ q oēs tres casus cōsi
derari pñt vt in si. i ferno dicit tex. in. l. i. §. si quis seruum. ff. dep. ⁊ ideo quandoqꝫ tradēs animalia dicitur cōductor, quandoqꝫ locator. Ideo his vocabulis locator ⁊ cōductor ꝑmiscue vtunt.

l. veteres. cũ seq. ff. de act. emp. ꝛ tunc in omnibus istis tribus
16 casibus resultat ꝯctus locationis cuius nã est vt si res aliqua
qducta vel locata est ad faciẽdũ aliqd in. ℌ. dictis tribus casib⁹
non ad fructuandũ, tũc fructus ꝛ periculũ ptinet ad dñm rei lo
cate, vt. l. itẽ si pretio. ℌ. j. ꝛ. ij. ff. loca. ꝛ iõ fructus bouũ si melio-
rarent, vel vaccaꝝ, vel pecudũ, lac vel lana esse dñr dictorum
animaliũ, ꝛ similiter piculũ qđ casu qtingeret. l. in iudicio. C. lo
ca. l. ex qducto. ℌ. j. ꝛ. l. si quis a nõ dño. in prin. ℌ. i. ꝛ ℌ. impator
qui ppie de grege loqr ꝛ. l. si merces. in. ℌ. qductor. ff. lo. Si tñ
piculũ qtigeret dolo aut culpa alterius ꝯbentis quã dñi, ꝛ tũc
17 ad ipsum nõ ad dñm spectaret vt dictis in. pbar. Ipitia tñ ꝯcu
stodis q pro custodia mercedẽ recepit culpe annumerar ꝛ de
ea custos teneret. l. si quis domum. ℌ. celius. ff. loc. qui enim cu-
stodiã alicuius rei recepit recepta mercede de leniſſima culpa
tenet. l. mercedẽ. ꝛ. l. si merces. ℌ. qui columnã. ff. loc. ꝛ qr hic ꝯ
ctus locationis ꝛ qductionis est bone fidei. insti. de act. ℌ. actio
num. hinc est qđ merces dꝫ esse iusta ꝛ qgrua, ꝛ boni viri arbi-
trio quenire. l. si in. l. locationis. alias autem si in plus vel i mi-
nus boni viri arbitriũ excederet in foro qscientie, qui plus rece
pit, vel minus dedit, ad restitutionem tenetur.

Tertio casu quando dominiũ

animalis in totum transfer in recipientẽ ad meliorandũ, ꝛ tũc
resultat ꝯctus innominatus. l. sed si tibi aree. ver. si possessionẽ.
ff. de prescrip. ver. quid si nam hꝫ quã hꝫ ꝯctus nominatus cui
dictus ꝯctus innominatus magis equipar. l. nãlis. in. ℌ. fi. ff.
de prescri. verb. ꝛ hoc casu pretiũ dictoꝝ animaliũ sic datoꝝ si
venderent dꝫ esse cõe. d. l. si tibi arce. Idẽ in fructibus dicit ibi
glo. vt communicari debeant per. d. l. si pascenda. C. de pact. ꝛ
18 simliter cõe esse dꝫ damnum sicut vtilitas cõis est. ar. l. mut⁹.
ff. p socio. ꝛ cũ ꝯctus innominatus magis similetur ꝯctui socie
tatis ꝛ socite quam locationis, lꝫ dñiuꝫ trãsferar, ideo circa pi
culum, ꝛ vtilitatẽ ipsoꝝ animalium ꝛ fetus ꝛ fructus eoꝝ dici
cam possunt eque vt ℌ. proxime in. j. casu de socita ꝛ societate
animalium dictum est.

Quarto casu quando equa vel

asina dar alteri vt cooperiar ab equo. tũc dicit tex. in. d. exna.
si quis dedit iumenta. in rub. qsuetudo societatis iumentoꝝ, sic
ad literam. si quis dederit iumenta cooperienda equo alicu-
ius, oẽs polledri debent esse cões nati in illo anno de iumentis
illis partiendi, que sunt ꝑm qsuetudinez. ꝛ si aliquis equus co-
operuerit de iumentis illis ꝛ ille cuius sunt iumenta dꝫ partiri
polledros ꝛ immittere electionẽ cuius est equus vtruꝫ velit ac
qcipere polledrũ aut partez pretij ꝑm conuentionem. vbi autẽ
quẽtio aliqua facta nõ esset qsuetudo loci, vbi aũt ꝺ
qsuetudine nõ appareret, ad arbitrium boni viri recurrendum
19 esset, maxime ad exonerationem conscientie ne quis cum alie
na iactura aliquid lucret. Illud enim tanqꝫ indebitũ restituen
dum esset. l. nam hoc natura. ff. de condi. inde.

Quinto casu quando animalia

estimata traduntur vt cõmodũ ꝛ incõmodũ sit recipiẽtis, quia
tunc resultat ꝯctus emp. ꝛ ven. arg. l. estimare. ff. solu. ma. nihil
aliud petere posset nisi pretium, quicquid eniꝫ tunc pecunie ac
cederet esset vsura. c. cõsuluit, ꝛ. c. in ciuitate, de vsuris. nisi em
ptor animaliuꝫ fructus recepisset ex animalibus emptis, ꝛ mo
rã cõmisisset in soluendo pretiũ, qr tunc venditor posset petere
dictos fructus tãqꝫ interesse. l. curabit. C. de act. emp. qꝫ ex ha-
beret locũ de iure canonico ꝛ in foro cõscientie vt ibi dicit glo.

Sexto ꝛ vltimo casu quando nõ ap

paret qũo animalia rustico qcessa sunt ꝛ tũc in dubio seruanda
20 esset qsuetudo. Cũ illud qꝫ qsuetũ est in dubio inter ptes actũ
vr. l. qđ si nolit. in. ℌ. q assidua. ff. de edi. edi. l. si prius. in. ℌ. pla-
cuit. de aqua plu. arcen. Si aũt de qsuetudine nõ appareret in
dubio presumer ꝯctus innominatus. l. ij. ff. de prescri. ver. quo
casu de dictis animalibus ꝛ eorum fructibus dicendum esset vt
ℌ. proximo tertio casu dictum est.

Et hec sunt que circa premissas

societates ꝛ socitas tã de iure ciui. quã canonico quã
ẽt in foro qscientie dicenda occurrunt mihi An
gelo Jo. Perigli Perusino, iudicio ta-
men sanio⁹ semper saluo.

Hunc tractatum pro clariori intelligentia in. xv. ptes prin-
cipales dinidendum assumpsi. Primo nãqꝫ qsiderandum
arbitror societatuꝫ genera quot sint. Secundo societas qua
liter contrabatur. Tertio quod genus societatis ꝯctum esse
intelligatur. Quarto qualiter inter socios portiones societa
tis sint faciende. Quinto que lucra inter socios veniant cõi
canda. Sexto que expense inter socios debeant fieri de cõ
muni. Septimo qualem diligentiam socius socio in re com-
muni adhibere teneatur. Octauo an dãna contingentia cõi
corpori societatis vel vni ex socijs cõiter inter omnes debeãt
impartiri alias imputari. Nono an facto vnius ex socijs vel
eorum institoris ceteri obligent ꝛ similiter eꝫ an ceteris acqui-
ratur. Decimo si vnus ex socijs in societatẽ alium socium si-
ne consensu aliorum assumpsit, an ex facto assumpti ipse vel as-
sumẽs ceteris teneatur ꝛ econtra an ceteri eoꝝ facto assumpto
vel assumenti obligentur. Undecimo qualiter ꝛ quando so-
cietas finiatur. Duodecimo quis rõnem gestionis reddere
teneatur. Decimotertio an ꝛ qñ iuri reddendi rõnem ad-
ministrationis prescribar. Decimoquarto que actio cõpe-
tat inter socios ꝛ quando vnus ab altero cõueniatur. De-
cimoquinto qualiter socius socio teneatur.

ℌ SVMMARIVM ℌ

1 Societas vite qñ contracta dicatur.
2 Societas vnius rei quando contracta dicatur.
3 Societas negociationis alicuius qñ esse dicatur.
4 Societas vectigalis que dicatur.
5 Societas vniuersoꝝ, que ex questu ꝛ opa ꝺscẽdit, q̃ esse dicar.
6 Societas vniuersoꝝ seu omnium bonorum que dicatur.

Circa primã par-

tem principalem sex genera diuer-
sarum societatum principaliter es-
se qsidero. †Prima est quedã
1 q̃ societas vite nũcupar, vt cũ duo
fratres vel plures simul ad vnum
panem, ꝛ vnum vinum in eadẽ do
mo cõiter viuunt. Tunc enim que
dam societas vite ꝯcta vr, ꝑm bal.
in. l. fi. C. de colla. ꝛ in. c. si duo fra
tres in cõi casa post mortẽ patris remanserunt. de duo. fratri.
2 de no. bene. inuesti. in vsib. feud. †Secunda societas est rei
vnius. l. societas. ff. pro socio, vt cum animo societatis contra-
hende aliquam rem emimus, vt. l. cum proponas. C. pro so. fa-
cit. l. secunda. C. communi diuidun. vel conduximus, vt. ff. p so-
cio. l. vt sit pro socio actio. ꝛ. l. cum duobus. in princi. ꝛ in. ℌ. itẽ
mela. ꝛ i. l. actione. ℌ. item si societatez ineamus ad aliquam rẽ
emendam. ff. pro socio. Alias si nõ animo societatis contraben
de in rem communem incidimus, non est societas cum commu
niter etiam citra societatem res agi potest, vt puta cum non af-
fectione societatis incidimus in communẽ, vt euenit in re duo-
bus legata, vel si a duobus res simul empta sit, vel conducta,
vt in conductionibus publicorum, vel hereditas, aut donatio
nobis communiter obueniat, aut si a duabus separatim emi-
mus non socij futuri. Quibus casibus non societatis iudicio lo-
cus est, vt dicta. l. vt sit pro socio actio. cum duabus sequenti-
bus, vt. l. cum duobus in princ. ꝛ. l. si id quod vnus ex socijs. in
princip. ff. pro socio. ꝛ. l. secunda. communi diuidun. ff. In dubio
autem Barto. ꝛ Bald. in. l. cum proponas. C. pro socio. viden
95 ¶ †Vigesimoquinto quero, volo diuidere cũ quodã absente q procuratorẽ nõ dimisit, quo remedio mihi succurat̃? vide Bal. in. l. coheredibus. C. fa. ber. qui dicit ꝙ formabo libellũ ꝯ ipsum absentẽ, ⁊ faciã citari affines, ⁊ cognatos, ⁊ amicos p edictũ generale, ⁊ si aliqs cõparet ad defensionẽ absentis, ꝓcedã ꝯ ipsum defensorio nõe ⁊ si velit denũciare absenti audiret̃. vt in auctẽ. q in ꝓuincia. C. vbi de crimi. agi opz. ad hoc facit. ff. de in ius voc. l. neq; ipuberes, in fi. si aũt ꝓ eunitus indefensus, nec sperat̃ de p ximo redire, faciã dare curatorẽ bonis absentis, ⁊ ꝯ eũ experiar vt. l. ab hostibus in prin. quibus causis maio. ſm eum.

96 ¶ †Vigesimosexto quero, sunt duo fratres, q post mortez patris remãserũt, maioꝛ natu facit in domibus paternis magnos sumptus, an repetat a minoꝛe ꝑ parte. vide tex. in. l. ex duobus fratribus. ff. de neg. gest. vbi modestinus rñdet ob sumptus nulla re vrgẽte sed volũtatis cã factos cũ de eo querit̃ actionẽ non habere. vbi gl. sup verbo nõ habere intelligit in volũtarijs, qõ tñ limitat ibi gl. nisi fuerint mercales, qꝛ tunc actionem habet.

97 ¶ †Vigesimoseptimo quero, socij diuiserunt societatem, cui ex eis debeat remanere fundicus seu apoteca, in qua artẽ consueuerunt exercere. Concludi põt, ꝙ aut dñiũ erat ipsoꝝ socioꝝ aut alterius eoꝝ, aut nullius eoꝝ, q eam conduxerunt ab alio. ¶ Primo casu, aut vnusquisq; eoꝝ vult artem exercere in dicta apoteca, aut vnus vult locare, alter vero habitare, ⁊ ea vti ad propꝛium vsum. Primo casu, qñ vnusq; vult in ea artẽ suã exercere, ⁊ tũc, aut socius erat capax, ⁊ nõ impediebãt se p ꝙcursuz, aut impediebant se p concursum, qꝛ locus non erat ca-

par, vel exercitia erãt repugnãtia. primo casu, qñ locus erat capax, & non impediebãt se per concursum, & tunc vnusquisq; põt uti re cõi ad usus destinatum, nec alter ab altero potest prohiberi. karboribus. §. nauis. & ibi glo. super verbo. vt nauigetur. ff. de usufru. instit. de rer. diui. §. in commune. & per gl. in. l. sabinus. & in. l. si quis putans. §. si quis in communem. ff. de communi. diui. Si vero aliquis eorũ vellet ea uti ad usum non destinatum, & tunc si res fit deterior, nõ põt, ſm Jaco. de beluisio. in. l. si edes cões. cõi dividun. & l. vnus ex dominis. ff. de serui. tit. generali. & si utĩ, tenet actione pro soc. vel cõi dividundo, ſm glo. in. l. si quis putans. §. si quis in cõem fundum. ff. cõi diui. Si vero non fieret melior, neq; deterior, & tunc pp immensas cõtentiones dz veniri ad divisionem. ſm gl. C. de sac. san. eccl. l. inbemus nulli. in principio. super verbo. dividere. facit. ff. de serui. vba. predi. l. si in rem cõmuni. & qđ dixit Bald. in. l. j. C. qui testa. Et idem dõm est, qñ locus nõ erat capax, vel impediebant se per concursum per predicta iura, & equus index divisionez faciet ſz Bal. q sibi equus & iustius esse videbit. l. ad officium. C. com. divid. l. in communi dividundo. ff. eo. ti. Si vero vnus vult habitare, & suam artem exercere, alter vero vult locare, & tunc dic vt dictus fuit. §. in. v. parte prin. in. ix. qõ. ¶ Secundo casu, quando apotheca non erat cõis omnius respectu dominij, sed alterius eorũ, & tunc eius cuius remanet, & ipse ea potest pro suo libito uti, q; rei sue quilibet est moderator & arbiter. l. in re mandata. C. mandа. & potest pro se retinere & alteri locare vt sibi placet. l. ne cui. C. locati. ¶ Tertio casu, quando dicta apotheca nõ erat alicuius socioꝝ, q; ab alio eam conduxerant, & tunc aut locatio erat finita, finita societate, aut cõductio adhuc durabat. primo casu finita locatione in potestate est domini, cui vult locare. vt. d. l. ne cui. ibi casus notabilis. si autem conductio adhuc durabat, & tunc vnusquisq; socioꝝ intelligitur in dicto fundico seu apotheca habere aliam partez, quam hz in societate, & in alijs rebus, & massaritijs eius. argumẽto eius qđ dixit Bal. in. l. j. versi. decimotertio quero. C. pro socio. q; accessorium sequit naturam sui principalis per iura vulgaria vt dicit. & ideo in divisione dicti fundici facienda inter dictos socios quorum vnusquisq; forte volebat sibi remanere pro exercenda arte sua quousq; durabat tẽpus conductionis facte, equus index, quod iustius sibi videbitur, statuet. ff. communi diui. l. cõ. diui. & d. l. ad officium. & maxime in societate, in qua plurimum viri boni arbitrius versatur. ff. pro so. l. qđ nerua. §. fi. cuz simili. & inter alia equus index cõsiderabit, q maximũ recepit cõmodum ille, cui dicta remanet apotheca, in qua artem cõez consueuerunt exercere rõne situs, & cõsuetudinis vt experientia docet. Ideo aliquid recompensare dz ei socio, cui non adiudicat dictam apothecam vt in simili dictũ fuit. §. in signo in eadem parte principali in nona questione, aut sorte diriment, cui debeat remanere dicta apotheca seu fundicus. vt dictum fuit in simili in signo.

98 ¶ † Vigesimooctauo quero, dicit hic statutum, qđ nullus mercator, vel artifex possit aliquam domum, vel cameram, cz alius mercator vel artifex haberet ad pensionem pro sua arte exercẽda conducere, quousq; dictus mercator, vel artifex eam voluerit, siue ante finitũ tempus locationis, siue postea, an possit emere fructus. dicit Bal. q nõ, q; fieret fraus legi. Esset enim fraus de ꝯctu ad contractum. ita dicit ipse in. l. non dubiũ in tertia opposi. C. de legibus. sed quid si stante dicto statuto finita societate ac locatione predicta vnusquisq; dictoꝝ socioruz vigore dicti statuti volebat fundicum seu cameram predictam pro se ad usuz destinatum, vt quod si dominus vult gratificare vni magis quã alij, quod possit. per dictam. l. ne cui. C. de loc. Hec est cõtra statutum predictum, q; non locat illi, sed alij qui iam conduxerunt. ergo verificatur dictus statutum, & dispositio. d. l. ne cui. & quod sit locus gratificationi, vt probari. extra de iure patronatus. c. cuz aduocatus. ff. locati. l. in naue saufeli. ff. ad sil. l. si quis in gratui. §. sed cum oẽs. ff. de relig. & sump. fu. l. fi. & ibi gl. in verbo gratificationi, que alleg. multas concordantias. si aũt dñs non vult hoc onus in se suscipere, & sic nõ vult gratificare vni magis quã alij, tunc equus index qđ iustuz erit arbitrabitur inter eos ideo dic vt. §. in proxima. q. in. iij. casu dictum fuit.

99 ¶ † Vigesimonono quero apud quem ex socijs remanebunt factores & garzones sortis pro fundito & dicta arte conducti finita societate, si adhuc eoruz locatio non erat finita & impediebãt se per concursum magistri sine socij q; vnusquisq; eos volebat. Dic qđ salarium dz solui pro preterito tempore pront quisq; habebat ratez in societate. vt in simili dicit Baldus in fundico. in l. j. versi. decimo. iij. quero. C. pro socio. facit quod hĩ in. l. in his §. seruis vxoris. ff. so. ma. dum dr de vestimẽtis factis seruis vxoris. Pro futuro autem tempore ille cui seruiet soluet salariuz, q; labor cum pecunia compensatur. l. cũ duobus. si in coeunda. ff. pro socio. & si sunt discordes, vnusquisq; socionum vult, q seruiat, sibi, tunc si non possunt aliter ꝯcordari, sorte dirimẽt. arg. l. si duobus. in princip. C. cõia deleg. cum similibus supra in nona questione de signo allegatis.

100 ¶ † Trigesimo quero, qd de reliquis massaritijs & suppellectilibus societatis p societatez acquisitis. Dic, q fiet diuisio put qsq; ratã hz in societate, vt dicit bal. in. l. j. ver. xiij. q̃ro. C. p so.

101 ¶ † Trigesimoprimo quero, duo socij dividunt fundicũ & mercatias, & vnus occasione fundici erat obligatus alicui tertio solus. an debeat ꝯseruari indẽnis ab altero pro parte. Dic q sic & si esset exactus, vel condemnatus posset deducere. vt. l. certuz. C. fa. her. ſz Ang. in. l. frater a fratre. ff. de qđ. inde. de quo vide plenius. s̃. in. viij. parte principali in. xij. q.

102 ¶ † Trigesimosecundo quero, nũquid p mortẽ vnius vel duorũ socioꝝ sit finita societas ꝯcta pro pluribus annis quo ad oẽs socios & ad tempus intelligitur renouata. Bal. sic cõsulit In xpi noie amen. Sciendũ est, q hz multi sint socij, tñ vno eoꝝ mortuo finita est societas quo ad oẽs nouo cõsensu reintegrauerint societatẽ superueniente. vt. ff. p socio. l. actione. §. morte. & l. plane si hi. vel nisi actũ sit in vno moriẽte societas duret inter superexistentes. instit. pro socio. §. solvit. Si ergo inter superueniẽtes societas est ꝯcta seu reintegrata querẽdũ est sub qbus modis & tpibus, & sigdẽ actuz est inter eos de modis & tpibus statur cõuentioni eoꝝ. vt. C. pro so. l. pe. Si aũt hoc non apparet, q; tacite est renouata, & de modis, & tẽporibus nihil est expressuz, presumit renouata cũ illis pactis, modis, & temporibus, cũ quibus a principio fuit ordinata. Nã ista renouatio est q̃dã ꝯña & relige & ideo a primordio tituli posterior formaẽ euẽtus, hz in ꝯctu locationis & ꝯductionis in vrbanis quãdiu inquinus habitat in rusticis ad annũ intelligatur facta renouatio. In locatione enim & conductione inspicitur fructus rei, quem natura annuatim exhibet, sed in societate nõ potest iste respectus haberi, q; magis in opera consistit, cui nõ potest assignari certuz tempus, nisi illud quod ab initio statutuz, & tunc est in fluxu & fieri. Sicut dicta in prefationibus intelligunt repetita in q̃nijs. ff. locati. l. item queritur. §. q impleto. ff. cõ arbit. l. labeo. ff. sol. ma. l. in his. §. vxor. & sic natura prorogatiõis intelligit tẽpus, qm̃ tps, sicut summa, pars est societatis. ff. de eden. l. j. §. dotem. Sed si nona forma esset data p pactũ, tunc nihil intelligeret repetitũ. ff. loc. l. cuz inquilines. §. l. d. Dz aũt, q isti actus sociales & renouatiui perseuerauerint, si. n. post actus ꝯctuos fecissent actus distractiuos, puta recapiẽdo partẽ sortiuz, soluta esset de nouo societas diuisionis secus si capitali remanẽte in societate sola lucra sortita essent. ff. p socio. l. itaq;. Bald. in suis q̃silijs. Aduerte q; predicta vera intelligo, vt intelligat renouata societas ad idem tẽpus qđ erat expressuz in societate, que soluta fuit per mortẽ vnius & renouata per actus sociales & sic quo ad perseuerationem prime. Si autem finito primo tempore statuto socij perseuerent in societate, vr renouata ad id tempus, qđ expedit societati. ff. p so. l. si cõuenit. ver. naz, & si nõ ꝯuenit. & l. sed & socius. §. in societate aũt. Nõ aũt ad totũ primũ tempus quod forte erat quinquennium, vt in simili hr de locatione in. d. §. q impleto. nisi expediret societati per supradicta, & hoc modo intelligo Bald. in hoc tñ puro arbitrium boni viri sequendum, qui in societate plurimũ q̃sideratur. ff. pro socio. l. si societatez mecum si.

103 ¶ † Trigesimotertio quero contracta est societas, in q̃ vnus ponebat pecuniam, puta quingentos aureos, & alius operam p quinquennium duratura. In fine quinquennij tam capitale quã lucra, que sunt facta in dicta societate p maiorẽ parte sunt in debitoribus societatis, mercantijs, & massaritijs, puta in arte lane, vel coraminis, vel alia arte, queritur qño diuisio debeat fieri, vt ponens pecuniam habeat suum capitale cum parte lucri sibi tãgente, & ponens operas consequatur ex suis operibus partez lucri sibi debitam, & circa hanc questionem considero, q lucrum non dr, nisi deducto damno, quoniam lucrum & damnuz inuicẽ aduersantur. Nam vbi est damnum, non potest dici lucrum, & econtra. l. mutius. ff. pro socio. Ideo prius restituendum est capitale suum ponenti pecuniam, & sic ante omnia detrahitur sors posita ex parte illius, qui posuit pecuniaz. vt. l. cum duobus. §. si in coeunda. ff. pro socio. cum in reliquo consistat lucrum, quod in dubio equaliter debet diuidi non existente alia conuentione. l. si non fuerint. ff. pro so. Verum, q; capitale ac etiam lucruz nõ inuenitur nisi in pecunia, dubitatur quid agendum, & certe arbitroz

bitroꝝ,ꝙ si repiť aliq̃ pars pecunie ea restituať ponẽti pecuniã, ꝛ qꝛ itegrũ capitale nõ fuit ꝙsecutus cõibus sumptibus vtriusq; socioꝝ exigať, als si sumptibus ponẽtis exigereť, nõ ꝙseq̃reť in tegrũ capitale sed tãto minus quãtũ sunt expẽse facte ꝑ ipso cõ sequẽdo,ꝛ moza,ꝛ residuũ,quod dř lucrum diuidať inter socios ꝑ rata prout quisq; dz participare de lucro,vel ꝑm quentionem vel equaliter,vel arbitrio boni viri,ꝫ qđ plene dictũ fuit in.iiij.
104 ꝛ.v.principali. † Sed ponens pecuniaꝫ finita societate vult qđ oia diuidanť,ꝛ non reperiuntur pecunie,sed oia vt.s.sunt in debitoribus, mercantijs,ꝛ masaritijs,qño fiet diuisio,vt ponẽs capitale ipsuꝫ integrũ ꝙsequať,ꝛ lucrũ deinde eq̃liter eq̃litate pro portionis inter socios diuidatur ꝛ puto diuisionẽ fiendã,vt seruetur equalitas,que inter socios seruari dz verum in pin.ff.p soc. ꝙ huic socio,qui posuit pecuniam sua electione ꝙsignenť debitores,massaritie,vel mercãtie,ꝛ si elegerit debitores,puto ꝙ ex quo ipse posuit in societate pecuniã,ꝛ nõ societas pro illa pecunia dat ei debitores pro quibus exigendis fieri debent sumptus ꝛ expense ꝛ currit etiam dilatio temporis ꝛ sic detractis detrabendis minus valent , q̃ꝫ pecunia numerata,in qua nulla fit expensa,si satisfieret sibi in pecunia,quod exactio illorum debitorum, fiat communibus expensis , ꝛ periculo omnium sociorum vel consignetur illi qui posuit pecuniam vltra quantitatem debitorum summantem quantum erat pecunia per eum posita in societate,tm̃ ꝙ dicti debitores possint exigi ꝑ dicto capitali expensis cõibus ita ꝙ dictus socius in exigendo suuꝫ capitale nõ sit in damno,ne alias ipse patiatur damnuꝫ sui capitalis in parte,ꝛ alter socius lucretur,non enim esset ista bona societas, nec equa.l.si non fuerint.ff.pro so.ꝛ istud plus potest consignari inxta consuetudinem illorum,qui pro alio exigunt eorum expensis, vel arbitrio boni viri , quod in societate plurimum versatur.l.si societatem mecum.ff.pro so.eos enim sumptus societati conuenit imputari,qui in eam rem impensi sunt.ar.ff.pro so.l.cuꝫ dnobus.§.si quis ex socijs.ibi qui propter eam rem impensi sunt viatica,igitur ꝛc.ꝛ si quid socius a debitore pro expensis fuit consequutus,forte,qꝛ fuit in expensis ipsi socio condemnatus,eius ẽt ratio baberi dz, vt bonus vir eque arbitretur , adeo qđ socius, qui pecuniam posuit in societate , nec plus , nec minus sorte sua ꝙsequať,ꝛ boc qñ fuerunt sibi ꝙsignati debitores ꝑ suia sorte seu capitali,si autem mercantie vel massaritie non cadit dicta consideratio expensaꝝ,qꝛ vir bonus pro equo pretio consignabit,ꝛ non cadunt sumptus in exactione,prout cadunt, quando consignantur noia debitoꝝ vt.ś.pz.ꝛ hoc de capitali, vel sorte posita in societate per illum,qui pecuniam posuit. Jn lucris autez que dicuntur esse a capitali.ś.vt.d.l.mutius,oẽs sunt pares,tam ponens pecuniam,q̃ꝫ ponens operaꝫ,ꝛ ideo in eis non cadit dicta consideratio sumptuũ ꝛ expensarũ,qꝛ si vnicuiq; consignanť nomina debitoꝝ societatis pro lucro vnusquisq; laborat eodẽ morbo in expensis ꝛ sumptibus faciendis, pro debitoribus exigendis obuentis sibi in partem ratione lucri,ꝛ similiter in mercantijs ꝛ masaritijs per ipsos socios inter eos diuidendis,ꝛ si contingeret,ꝙ aliquis ex socijs plus parte sua fuerit cõsecutus,puta qꝛ oñi anno retrabebat certam quantitatem de societate ex forma eorum conuentionis, vel rõne consuetudinis,vel alio mõ plus parte sua recipit,socijs,qui minus fuerunt consequuti, restituat.l.verũ si cuꝫ tres socij.ff.pro so.ibi an hic qui minus consequutus est cũ eo agere possit,ꝙ solidũ accipit ad cõicãdas partes inter eos.i.exequendas,quasi iniquum sit ex eadẽ societate aliũ plus aliũ minus consequi,sed magis est vt ꝑ socio actio cõsequi possit,vt vtriusq; portio exequetur,que sententia bz equitatem.ꝛ.l.actione.§.si communis pecunia.eo.tit.

105 ¶ † Trigesimoquarto quero,qdaz pater habebat filios duos, ꝛ multa lucratus fuit ipse,ꝛ filij,ꝛ bz duos alios filios parvulos qui nihil lucrantur,dubitatur mortuo patre, qño quesita predictis diuidantur inter fratres.respondeo interdum pater bz bona imobilia,ꝛ boues suos , interdum nihil bz, sed colunt predia aliena,vel exercẽt artẽ,ꝛ simul lucranť,ꝛ ex lucris multa q̃sinerũt.primo casu,qñ pater bz bona imobilia , que simul ipse ꝛ filij colunt cum bobus paternis,ꝛ ẽt colũt predia aliena, ex quibus partẽ tãgentẽ laboratorẽ seu colono pcipiũt,ꝛ tũc est talis ꝙsideratio fiẽda,vt sciamus q̃ꝫ partẽ vnusquisq; in fructibus habeat. Nã primo pater ex predijs ꝓprijs,que ipse ꝛ filij cũ bobus pro prijs colunt bz partem tangentem patrono,que est sua propria. l.cum duobus.§.si in coeunda.ff.pro so. c.cũ in tua.de decimis. Jtẽ bz partez tangentez sibi pro operibus boum,quos ponit ad colendum de suo.vt dicit Bart.in consil.quod incipit Cinciarellus.ꝛ Bald.in consil.quod incipit ad euidentiam premittendum quod posui.ś.in.iiij.parte in.ꝛ.q. Reliqui autem fructus tam de predijs paternis,quam de alijs,qui debentur colonis respectu culture,ꝛ cure diuidunť in capita ꝑ opibus laborantiuz. ꝛ si aliquis eoꝝ de proprio aliquaz impensam fecit de cõi deducet.l.oẽ es alienuz.ꝛ.l.si vnus.§.si qđ vnus.ff.pro socio.ꝛ voluit Bar.in dicto consi.ꝛ etiam Bal.ꝛ lz dicti filij de iure antiquo qcqd q̃rebãt q̃rebãt pri.l.placet.de acqr.here. Tñ de iure.C. quo ad ꝓprietatẽ q̃rũt sibi lz quo ad vsuz fruct.querũt patri.l.j. .C.de bo.mater.ꝛ.l.cũ opz.C.de bo.que lib. Sed dubitatio est qũo quesita ex dictis lucris diuidanť.ꝛ circa boc sunt ꝙsiderandi duo casus. Jnterdũ pater ꝛ filij ex illis lucris multa simul q̃siuerunt,de quibus nõ sunt instrũa celebrata,ꝛ eo casu prout vnus quisq; coꝝ habebat partem in dictis lucris,ita habebit partem in re taliter acquisita. Exemplum pater habebat predia propria vel aduenticia filioꝝ,que colebant cõiter cũ bobus pprijs,ꝛ etiã predia aliena,q̃ silr cũ bobus paternis colebãt,ex qbus fructus percipiebant ꝑ parte tãgente colonũ seu laboratorem ponamus in fine anni deductis oibus sumptibus ꝛ expensis restabant tot fructus , quot ascendebant ad quantitatem.ꝛ.flo. quos fructus vendiderunt,ꝛ emerunt vnũ vel duo predia ex dicto precio,qño debeat diui . Rñdeo prius dz detrabi ꝙ vnusquisq; impẽdit in anno in suã vtilitatẽ,pone ꝙ de patrimonio ꝛ aduẽticijs pcipiebant ꝑ parte tãgẽte patronũ decẽ salmas grani,ꝑ parte tãgẽte bones duas vel tres arbitrio boni viri . Et pro parte tangente laboratores seu colonos in bonis paternis vel aduenticijs octo salmas grani . ꝛ sic in totum percipiebant.l.salmas grani . Jn alijs vero predijs alienis ex quibus non percipiebant nisi partẽ tangentem colonum vel laboratorem triginta salmas grani. De istis quinquaginta patri tanquam patrono debeantur decẽ salme grani , que sunt medietas.xx.salmarũ recollectaruz in bonis paternis vel aduẽticijs. Vlterius dz habere pone duas pro parte tangente operam boum,quos ponebat pater, qui cũ deteriorentur damno patris,conuenit vt lucrum quod fit ex eis sit patris,qꝛ vbi damnũ ibi lucꝝ.l.manifestissimi.C.de furtis.l. cũ duobus.§.quidã sagariã, in fi.ff.p soc.sic pater habet añ partẽ.xij.salmas grani. Residuũ qđ est quãtitatis.xxxviij.salmaꝝ que est illa quantitas que debetur colonis seu laboratoribus pro cultura cura ac recollectura dz inter eos diuidi per capita colentium,ꝛ sic in tres partes prout tres fuerunt ad colendum, quarum vna pars debetur patri, altera vni filio ꝛ altera alteri equaliter diuidẽdo,ꝛ sic pater de illis.xxxviij.salmis grani habebit.xiij.salmas dempto vno tertio salme vnus filius habebit silr.xiij.salmas grani dempto vno tertio ꝛ eodem modo alter filius habebit pur.xiij.salmas dempto vno tertio salme,ꝛ sic in effectu pater oibus cõputatis habebit.xxv.salmas grani , dempto vno tertio salme,ꝛ quilibet filioꝝ habebit.xiij.salmas grani dẽpto vno tertio ꝑ quolibet,ꝛ qꝛ de dictis.l.salmis grani nõ restabãt in fine anni nisi.xx.salme grani,que vẽdite fuerũt.xx. florenis, ex quibus predia fuerunt empta , vt sciamus, qño debeant diuidi , est necesse pscrutari quantum vnusquisq; coꝝ expendebat pro vtilitate sua seu necessitate , tũc enim habebimus quantã vnusquisq; partem habebat in illis.xx.salmis grani , ex quarũ precio fuerũt empta dicta predia,ꝛ primo pater facit impẽsaz pro se ꝛ duobus filijs parvulis,quos tenetur alere.l.si qs a liberis.§.si vel parẽs.ff.de lib.agno.que ponamus sumãt.xv. salmas grani oibus cõputatis,vnus ex illis filijs magnis ponamus expendit pro sui vtilitate ꝛ expensa.v.salmas grani , ꝛ tm̃ dem alter filius ꝛ.v.alias salmas expendũt pro cõi vtilitate puta pro semine serendo,quod colonis ponitur.vt.d.c.cum in tua vel pro alia cõi vtilitate pro vxoribus eorum,que operas ponebant in cõi.ideo de communi debebant percipere alimenta.l.si cut per gl.ff.de ope.libe.restãt ergo in manu.xx.salme grani de ductis oibus expensis,que vẽdite fuerũt,ꝛ dicta predia empta cõiter qño fiet diuisio dic,ꝙ quãtuz vnusquisq; bz in dictis.xx. salmis grani,ꝛ sic est videndũ quãtũ vnicuiq; deductis sumptibus restabat pz de portione sibi tangente in illis.l.salmis grani habebit.xxv.salmas dempto vno tertio salme ꝛ expendidit primo.xv.salmas pro expensis,quesi bi incunbebant. vt.ś.ꝛ tertiã partem de.v.salmis pro sua parte de cõibus expensis , que est vna salma,ꝛ duo tertij alterius salme.ꝛ sic in totum de portione sua expendit.xvj.salmas,ꝛ duos tertios alterius salme,vnus filius.v.salmas pro suis ꝛ propꝛijs expensis ꝛ vnam aliam salmã cum duobus tertijs alterius salme de sua parte pro expensis cõmunibus,ꝛ tantundem alter filius.vt.ś.patet,ꝛ sic deductis oibus expẽsis patri de.xxv.salmis grani dempto vno tertio que erat portio sua,restabant in manu deductis sumptibus.viij.sal-

ñe grani vel circa vnī filio. vj. salme grani, ⁊ alteri filio similiter. vj. salme, que sumant in tomꝫ. xx. salmas grani que fuerunt vendite. xx. florēn. ⁊ ex eis fuerunt cōmuniter empta prædia, ⁊ de his præsumuntur empta dicta prædia, in quibus pāter de. xx. partibus habebit. viij. partes, vnus ex dictis filijs. vj. alter similiter. vj. partes. de. xx. partibus. ⁊ istud probatur ex his, que dicit do. Nic. ab. sic. ⁊ doc. in. c. cuꝫ in officijs. de test. ⁊ in. c. ij. de
206 pec. cle. ⁊. xij. qō. iij. c. j. in quibus hꝫ, † qꝫ si moritur clericus ⁊ post beneficiū adeptum aliqua quesiuit, ⁊ est contentio inter heredes clerici, ⁊ successorem in beneficio, cuius debeant esse illa bona quesita, an heredis, an vero successoris in bñficio, dicūt docto. in dictis iuribus, ⁊ pbaī ēt in. d. c. i. qꝫ si clericus habebat patrimoniū seu industriā, ex qua lucrabaī, puta erat doctor excellens, qui multa legendo ⁊ qsulendo lucrabaī, habebat ēt reditus ecclesiasticos, tunc si patrimoniū seu quesita ex industria sua erāt sufficiētia ad acqsitionē illoꝝ bonoꝝ, eccl'ia añt erat in sufficiēs in emēdo ex redditibus ecclīasticis in totū ⁊ in partē, qr erat panpcula, ⁊ cū difficultate sufficiebāt ei q̄sita ex re ecclesie vel occasione ecclesie p alimēt̄is ipsius clerici, ⁊ talia q̄sita p̄sumūtur acqsita ex p̄imonio clerici vel eius industria, nō añt ex redditibus ecclesie. ideo talia q̄sita tunc erunt hꝫdis ipsius clerici, nō añt successoris in bñficio. si vero eꝫ eccl'ia erat sufficiēs, p̄imoniū antē nō, qr forte nō habebat, nec etiā industriā, qr ex industria nihil lucrabaī, cum eam non haberet, ⁊ tunc talia que sita erunt successoris in beneficio, non autem heredis. qr pro ecclesia erat præsumptio. vt. d. c. j. ⁊ in. c. j. de pecu. cle. Si vero vterqꝫ sufficiēs est ad acquirēdū taꝫ ex p̄imonio, vel industria, qꝫ ex re ecclesie vel occasione ecclesie. ⁊ tunc talia quesita erunt cōia; ⁊ fiet diuisio inter successorē in bñficio ⁊ heredē ipsius clerici p̄m quātitatē redditū vtriusqꝫ. exemplū, pone de patrimonio seu industria habebat in redditibus ducenta deductis sumptibus, de redditibus ecclesie similiter ducēta, deductis sumptibus maxime expensarum prelati pro alimentis, que fieri debent de redditibus ecclesie. c. cum p̄m. de præben. ⁊ fiet diuisio equaliter. si autem inequaliter restabat de redditibus ex patrimonio seu industria ⁊ de redditibus ex re ecclesie seu occasione ecclesie. ⁊ tunc de quesitis fiet inequalis diuisio puta verisimiliter de redditibus p̄imonij vl' ex industria restabant deductis sumptibus verisimiliter centum. de redditibus vero ecclesie vel occasione ecclesie ducenta maiorē portionē in illis quesitis habebit successor in bñficio qꝫ heres, qr heres habebit tertiā partē, ⁊ successor in beneficio habebit duas partes de tribus, ⁊ sic econtra si plus verisimiliter restabat deductis sumptibus vel redditibus ex patrimonio seu industria clerici, quā de redditibus ecclesie vel occasione ecclesie, qr tūc maiorē partez habebit heres p̄m qꝫ verisimiliter restabat de redditibus p̄imonij vel ex industria, quā successor in beneficio, cui verisimiliter deductis expensis minus restabat. ⁊ ita possumus dicere in casu nostro p eadē rōnes, que diuisio ⁊ qsideratio est multuꝫ rationabilis, vt dicit in. d. c. ij. de pec. cle. ⁊ predicta vendicant sibi locū, qñ non sunt celebrata instr̄a cantantia magis in psonaꝫ vnius qꝫ alterius. si vero de dictis acquisitis essent celebrata instr̄a cātantia forte in personam patris eius erunt dicta acquisita. C. de rei vend. l. si ea. C. de don. inter vi. l. si de tua. C. cō. vtri. iudi. l. si patruus. ⁊ l. si defunctis. C. arbit. tut. tñ de. xx. partibus p̄cij vni filio resti-
107 tuet, vj. partes, ⁊ alteri filio. vj. alteras partes, † cum illud qō querit filius ex opera ⁊ industria sua sibi, non añt patri queratur. vt dicit Bart. in filio mercatore lucrante cum pecunia patris ⁊ suis operibus. l. j. §. nec castrense. de colla. bo. ⁊ l. cum opꝫ. C. de bo. que libe. ⁊ equitas hoc dictat, vt dicit Bal. in. l. certū C. fa. ber. ⁊ fa. rex. instit. per quas perso. no. acqui. §. que añt. ne qꝫ ei filio suis laboribus vel prospera fortuna accessit hic in aliuꝫ ⁊c. ⁊ in. d. l. cū opꝫ. ibi ⁊ filij nō lugebunt que ex suis laboribus sibi possessa sunt in alios trāsferēda, vel ad extraneos, vel ad fratres suos, qō ēt granius multis esse vr̄, ⁊ per hanc rationem si filius vna cum patre plantat vineam in fundo paterno vel edificat domū, vel reficit, filio debent refici, quantum fuit de suo expensuꝫ, vel ex redditibus, vel ex operibus filij.

108 ℂ † Trigesimoquinto quero, plures sunt socij, qui in varijs locis negociationes ⁊ exercitia ipsorum gesserūt, fecerūt libros rōnū post aliqua tpa diuiserunt societatē morte, renūciatione, vel aliter, ⁊ reuisa ac calculata rōne, dubitatur, apud quē debeant isti libri deponi. decisio huius qōnis dep̄ēdet ex his q̄ hñr in. l. si q̄ sunt cautiones. cū se. ff. fa. ber. vbi formaliter sic dicit tex. si q̄ sunt cautiōes hꝫditarie eas iudex curaī dꝫ, vt apō eū maneāt, q maiore, ex parte heres sit ceteris descriptū ⁊ recognitū faciat cautione interposita, vt cuꝫ res exigerit ipse exhibeantur se oēs hisdē partibus heredes sint. nec inter eos queñit, apud quē potius esse debeant, sortiri eos opꝫ, aut ex cōsensu, vel suffragio eligendus est amicus, apud quem deponantur, vel in ede sacra deponi debēt, ita formaliter dicit. ibi tex. p̄z ergo ex predictis quantuꝫ ad casum nr̄m, qꝫ libri societatis, qui sunt cōes debent deponi apud illum, qui hꝫ maiorem partem ratione maioris interesse, debetqꝫ ipse ceteris scripturam ⁊ recognitionem facere, ⁊ cauere ipsis, vt cū res exegerit, ipsi libri exhibebuntur, ⁊ si omnes sunt pares, aut inter eos conueniāt, apud quem deponanī, aut si non possunt concordare sorte vel consensu eligaī amicū fidū, apud quem deponantur, ⁊ vltimo loco si aliter non possunt concordare deponāt in ede sacra. vt. d. l. si que sunt cautiones in fi. ⁊ arbitror in hoc multū arbitriuꝫ boni viri versari, vt prouideat qꝫ scripture stent apud personā fidā, que nullā cōmittere possit in eis falsitatē, aut malignitatem, ⁊ vt possit necessitate suadente fieri copia alijs ⁊ eos cautos reddere. nam in societatibus multum arbitrium boni viri versatur. ff. pro so. l. si societatē mecū. l. p so. arbiter. p̄spicere dꝫ cautionibus in futuro dāno vel lucro. l. interposita. ⁊. l. quid eniꝫ si nerua.

109 ℂ † Trigesimosexto quero, Bononiensis qdā habēs bona cū titio fratre suo viuens fecit testū, in quo suū pupillum heredem instituit, ⁊ dictum titiū eidez tutorez dedit, ⁊ inter cetera disposuit per hec verba. Item iubeo restitui per titiuꝫ fratrez meum omne id, ⁊ quicquid ego ⁊ dictus titius vel alter nostrum recepisscmus vel habuissemus illicite a quocunqꝫ de bonis cōibus meis ⁊ suis p̄z qꝫ ipsi titio placuerit. ⁊ de hoc stetur dicto ipsius titij ⁊c. Postea ꝙo in codicillis disposuit, qꝫ dictus suus filius debeat stari ⁊ morari cū dicto titio fratre suo cōiter vsqꝫ ad etatem. xxv. annoꝝ cōpletā, modo cū. d. titius tpe testamenti, ⁊ codicilloꝝ, ⁊ postea habuit magnam familiaꝫ, dictus vero pupillus parua, ⁊ quasi nulla. ⁊. d. pupillus stetit cum dicto titio nulla facta diuisione, queritī an. d. pupillus debeat aliquid rehabere a. d. titio, qr plus fuit impensuꝫ in familia. d. titij. ⁊ qd importent. d. verba qꝫ debeat stare cum eo, scdo cuꝫ. d. titius suo info asserat se multa soluisse pro male ablatis, an suo dicto sit standum, si non dicat quid. circa primum dicitur qō. d. verba nihil importent, nisi quatenus pupillo sit vtile. ff. vbi pu. edu. de. l. j. §. j. versicu. testator statuit. vbi pupillus debeat morari, statur eius voluntati, quatenus pupillo est vtile. Preterea ista verba qō debeat morari cum dicto titio vsqꝫ ad etatem. xxv. ann. vr̄ adiecta in fauorez ipsius pupilli. ⁊. d. titio nullum cōmoduꝫ dꝫ afferre. ff. ad treb. l. seius saturninus. ⁊ qō ibi no. ff. de vsu. l. in fideicō misso. §. cuꝫ pollidius. econtra vr̄, qꝫ dicta verba importēt, qꝫ oia bona sint inuicē cōia, dixit eniꝫ testator debeat morari cū dicto titio cōiter, ex quo cōio bonoꝝ vr̄ iportaī. ff. ō le. ij. l. fi. §. lucius ff. ad treb. l. lucius. in p̄in. bis sic allegatis dico qꝫ verbū significās cās cōionē referī qñqꝫ ad res seu ad bona, ⁊ tūc sine dubio significat, vt ipsa sint cōia bona equaliter vt dictis iuribus, qñqꝫ verbū cōio referī ad alium actū, vt in casu ꝓposito, vbi cōiter refertur ad stare ⁊ morari, ⁊ tunc verba sunt dubia possent eniꝫ intelligi qꝫ solū expense victus fierent cōiter. i. equaliter, ⁊ eqliter q libet qferre. ff. de colla. bo. l. j. circa p̄in. ⁊. l. ij. in fi. ⁊ istud ego credere esse verū in dubio in pluribus habentibus p̄imoniū diuisim. vt dicimus in pluribus scholaribus qui stant ⁊ morantur cōiter. i. eqliter ad victū qferūt vt dictis legibus, sed qñ ista ꝙba referuntur ad plures habentes patrimoniū cōe, vt fuit in qō ne nostra, tunc credo qꝫ ista verba debeant intelligi, qō oēs fructus cōiter ⁊ equaliter p̄cipiantur ⁊ equaliter expendanī, ⁊ ille titius ratione maioris familie plus ponere nō cogaī. hoc pbatur p̄imo ex illo verbo cōiter qō dꝫ exponi. i. equaliter. vt. d. l. fi. §. lucius. de le. ij. vbi vr̄ casus. ⁊ de duo. fra. no. bñfi. inuestit. c. duo fratres. facit optime. ff. pro soc. l. cum duobus. alias incipit si fratres hoc etiam fortificatur qꝫ dicere viuere cōiter hoc importat quod ratione maioris familie a dicto titio plus nō exigatur. per. l. fi. §. fi. ff. de doli exceptio. vbi testator grauauit vnū vt parem rationem faceret cum suis heredibus. quod exponitur ibi per glo. i. pro sua parte eis non conueniat cum communiter idem est dicere quod equaliter seu pariter exponatur ergo quod dictus pupillus dictum titium pro dictis fructibus vsqꝫ ad dictum tempus non conueniat, ⁊ istam interpretationem ad iuuat mens testatoris que colligitur ex eo qꝫ ipse in sua vita fecit cum fratre suo ⁊ verba dubia fideicōmissi declarantur. l. dō nas. §. fi. vsu. le. de admi. le. l. pe. de lega. j. l. si seruus pluriū. cū si. super secundo dubio videtur qꝫ dicto illius titij sit standū p̄m quod testator voluit. l. teopompus. ff. de dote prele. vbi vr̄ casus

de testa.c.cum tibi.Econtra videt̃ q̄ non,q̄ ista volũtas videtur captatoria p quã testatoris voluntas ad secretum volũtatis aliene confertur ꝛ sic a iure reprobat̃.l.captatorias.C.de heredi.instit.ff.de le.primo.l.captatorias.breuiter sup̄ isto puncto debemus examinare de iuribus verbor̄ primo qd importent ista verba fm q̄ ipsi tutori placuerit.Secũdo qd importent ista v
210 ba ꝛ de hoc stet̃ dicto ipsius tituj.†De p̄o dic q̄ verba placuerint intelligunt arbitrio boni viri.ff.de fideinst.lib.l.thais ancilla.§.si sororẽ.vbi expressum ꝛ eodẽ tit.l.lege lucius. ꝛ hoc attẽto apparet,q̄ administrationi ipsius tituj nõ est standũ,nisi quatenus vir bonus arbitret̃,ꝛ hoc est iudex,qui dr̃ vir bonus.l.vir bonus.ff.de iudi.so.l.q̄tinus.§.cũ ita.ff.de ver.obli.ff.de iniur. l.sed si vnus.§.ait p̄etor.ꝛ no.in.l.societatẽ.§.arbitror.ff.p̄ so. sed vir bonus nõ arbitraretur, nisi quatenus q̄staret ꝛ p̄baret̃ legitime ab aliquo eorũ esse.l.illicitas.§.veritas.de offi.p̄esi.
211 ergo ꝛc.C†Be secũdo cum dr̃ q̄ stetur eius dicto ꝛc.dico q̄ dictus dr̃,q̄ nuda assertione proferetur.l.sciendum.§.dictus.ff. de edil.edi.ꝛ in mera voluntate vr̃ conferri magis q̄ in boni viri arbitriũ.ar.l.thais.§.iurius.de fidei cõ.lib.sed hoc apparet, an debeat ꝛ cui debeat̃,q̄fertur in volũtatẽ dicti tituj. ꝛ sic talis dispositio est ipso iure nulla.vt.d.l.captatorias.ꝛ.l.captatorie, in quibus est casus,nõ ob.l.theopõpus,q̄ ibi loquit̃ fauore dotis.l.post.§.gener.ff.de iure do.preterea testator̄ posuit in volũtate alterius q̄ ille decipere nõ possit,vt ibi p̄z.Non ob.c.cuz tibi.q̄ dz intelligi p̄z distinctionẽ iuris ciuilis, vel ibi loquit̃ tm̃ modo in relictis ad pias cãs,sed magis est relinquere alteri debitũ.preterea ad hoc facit,qõ quidã in p̄cribus dicunt q̄ si promitto stare simplici dicto tuo nõ vz,nec tz hoc gl C.ꝝ.in.l.si qs in conscribendo.C.de epis.ꝛ cle.ꝛ tangitur in Spe.de proba.§. nunc videndũ.ver. quid si.sed By.dicit q̄ tale pactũ vz,vcz si male arbitretur reducet̃ ad arbitriũ boni viri,vt ipse no.de preto.stipu.l.fi.Ego tm̃ dico in casu proposito talem dispositionez nullius esse momenti,ꝛ assertioni dicti tituj stãduz nõ esse. Ista sunt verba Bar.in consilio q̄ incipit bononiensis quidam.
212 C†Trigesimoseptimo quero,quidam dedit coptumum in q quennium quoddam potere more nostro in quo erant, olineti, vinee,ꝛ etiam terrenum laboratoriuz p̄o.xx.salmis grani.xxx. cadis vini ꝛ viij.mediolinis olei anno quolibet. durante dicto quinquennio contingit,q̄ propter intemperiem aeris,ꝛ pruinaz vltra solitum in hieme olinetum est desiccatuz, ꝛ sic arbores vel vinea est desiccata,ꝛ sic vites.modo dicit locator, respondeas mihi de vino, ꝛ oleo, dicit ille conductor olinetum casu fortuito est desiccatum,vinea est desiccata,adeo quod quasi nihil recolligi potest de oleo vel vino. dicit locator qd ad me ꝛ remissio mercedis non debet fieri,nisi propter sterilitatez magnã, quãdo non recolligitur medietas fructuum eius, quod consueuerit percipi,vt plene habetur in.c.propter sterilitatem. de loc.l.liC.loc. vbi p Bald.ff.loc.l.ex conducto.§.sed ꝛ si labes.ibi omnẽq̄ fructũ tulerit dãno coloni nõ esse ne.ff.dãnũ seminis amissi, mercedes agri p̄estare cogatur.l.si merces.§.vis maior.ff.loc. ibi si plus q̄ tolerabile est lesi fuerũt fructus modicũ.n.dãnum colonus ferri dz.vt ibi dum dicit tex. Alioquin modicũ dãnum equo aio ferre dz colonus,cũ modicũ lucrũ nõ auferatur.facit eo.ti.l.habitatores ibi aliquã partẽ parrulã incõmodi sustineret.facit.l.si vno.§.cuz qdã.ff.loc.vbi dicit tex.cum quidaz de fructũ exiguitate quererent non esse rõnẽ habendam eius rescripto diui antonini cõtinet̃.ꝛ gl.dicit ibi nisi rõne sterilitatis. Ad idem facit tex.in.d.l.si vno.§.itez alio.vbi dicit text.Item alio rescripto q̄tinetur nouã rem desideras vt pp vetustatẽ vineaz remissio tibi detur.ꝛ ista pars vr̃ probari per id quod dicit Bal.in.l.lz.C.loc.vbi dicit,q̄ si vniuersa locatione inspecta emergat tolerabile dãnuz,nõfit remissio mercedis.secus si intolerabile est vltra dimidiã iuste mercedis,qõ in vno anno planũ est,si in frumẽto nihil recollectuz est in oleo suppletũ est, q̄ totius anni vnus fructus est.ff.sol.ma.l.diuortio.§.qõ in sementẽ. q̄ velamine vbertatis panperas aboletur, sunt verba Bal.ex quibus vr̃ decisio predicte cõnis.bis tm̃ non obstantibus salua meliori sententia puto in casu de quo q̄ritur remissionem fiendam p̄o rata qñ dictũ olinetũ desiccatũ est in totũ vel in magna p̄te,adeo q̄ magnũ dãnũ inferat,vel vinea desiccata tota ẽ, vel in maxima p̄te adeo q̄ graue dãnũ inferat ꝛ sic desiccati sunt arbores seu vites,ꝛ per q̄ns casus venit in arboribus,ex quibus p cipiebantur fructus,nõ in fructibus.facio enim differentiaz an sterilitas veniat in fructibus,an vero veniat in re,qua fructus p ciptũtur q̄ forte casmate perijt, vel colonus re locata ac fructibus p̄cipiendi vti nõ poterat.

113 C†Primo.n.casu,qñ sterilitas venit in fructibus.ꝛ tũc hz locum.c.pp sterilitatẽ cũ cõcordantijs de quibus.§.q̄ si dãnuz est intolerabile regulariter fit remissio mercedis vt.§.ꝛ nõ dz̃ damnũ intolerabile, qñ dãnũ ẽ in vno fundo,ꝛ põt restaurari in alio eiusdẽ q̄ductionis,vel dãnũ est in oleo ꝛ potest restaurari in fruméto vt.§.dicit Bal.si aũt sterilitas seu casus venit in re ex q̃ p cipiebant̃ fructus,ꝛ tunc si modicũ est dãnuz seu incõmodũ non fit remissio mercedis vt in iuribus.§.allegatis,quia de minimis non curat p̄etor.l.scio.ff.de resti.in integrum.si aũt damnuz nõ est modicũ,vt in qõne ꝓposita,lz nõ ascẽdit ad dimidiã p̄siõis que soluebat̃ vel fructuũ qui q̄sueuerãt recolligi,ꝛ tunc puto fiẽ dã remissionẽ p̄ rata.ꝛ ideo si dãnũ est in olineto qõ casu fortuito est desiccatũ,lz nõ sit in segetibus vel in vinea tm̃ puto fiendã remissionẽ mercedis p̄ rata.Similiter si dãnũ est in vinea,q̃ casu fortuito est desiccata,puto similiter fiendã p̄o rata remissionẽ mercedis,lz vna esset locatio que continebat vineam olinetum ꝛ p̄edia p̄o segetibus ꝛ dãnuz non sit in olineto nec in sege
114 tibus,†q̄ cũ q̄ductor impedit̃ vti re q̄ducta casu fortuito vel culpa locatoris in totũ vel in partẽ fit remissio mercedis p̄o rata eius qõ impedit̃ q̄ductor vti ipsa re locata. Nec q̄sideraꝛ vtruz dãnuz sit intolerabile eo mõ quo q̄sideraꝛ in sterilitate,qñ sterilitas venit in fructibus dũmõ dãnũ nõ sit modicũ.ff.loc.l.si domũ.§.in exustis.ibi eius tp̄is in quo edificiũ eius steterit mercedẽ p̄stãdã.l.si vno.§.vbicũq̄ ibi sed in mercedis exonerationẽ p̄ rata ꝛ.l.sed ꝛ addes.§.si qs cũ in annuz.l.si merces.§.si vicino. ibi ꝛ de mercibus quoq̄ si cuz eo agat̃ reputationis rõ habẽda est.eadẽ intelligimus,si ostia fenestras nimiũ corruptas locator nõ restituat ꝛ.l.habitatores.ꝛ.l.q̄ insulã ibi rñdi si vitioz edificiũ necessario demoliturus esset p̄ portione quãti p̄diũ locasset, q̄ eius tp̄is habitatores habitare nõ potuissent rõnẽ deduci.l. si fundus.in p̄in.ꝛ.§.nã ꝛ si colonus eo.ti.ꝛ ad hãc distõnẽ facit q̄ no.Jmo.in.d.c.pter sterilitatẽ sup̄ gl.j.ibi ẽt semẽ nõ supſit,vbi formaliter ita dicit,qñq̄ vo colonus allegat fundi casmasitatẽ,vt q̄ dicit,q̄ casmate hoc est terremotu vel ruinositate perijt fundus,ꝛ tũc dz fieri remissio p id q̄ hr̃ in.l.ex q̄ducto.
115 §.sed si ager.ff.loc.†qñq̄ colonus allegat fructuũ vilitatẽ,vt q̄ paz valeat,lz in magna copia fuerit p̄cepti,ꝛ tũc nõ põt peti remissio q̄ non põt dici tunc fuisse sterilitatez sed potius abundantiã.qñq̄ allegat fructuũ vitiositatez,vt q̄ nõ sint ita boni prout erat q̄suetũ,forte q̄ vinuz est magis acerbũ, vel frumentum non est ita bene granatum sicut cõsueuit,ꝛ tunc silr̃ non fiet remissio mercedis.l.si vno.§.cũ qdam.ꝛ.d.l.ex q̄ducto.§.j.qñq̄ allegat colonus fructuum paucitatẽ,ꝛ tunc si nõ est tanta q̄ inducat sterilitatẽ ꝛ sic afficiat̃ magno incommõ nõ fiet remissio.l.si vno.§. cuz qdã.ff.loc.qñq̄ allegat̃ damnum in fructibus ꝓpter possessiones puto vinee vetustatem,vel aliam sterilitatẽ,q̄s perpendere potuit conductor,ꝛ tunc etiaz non est fienda remissio. vt.d.l. ex q̄ducto.§.j.ꝛ se.ꝛ idem etiã si sit aliqua sterilitas consueta, ꝛ tunc similiter nõ fiet remissio mercedis,cũ q̄ductor vr̃ verisimiliter illam sciuisse. facit q̄ hr̃ in.d.l.ex conducto.§.sed si ager.ꝛ se.ista sunt verba Jmo.ex quibus p̄z,q̄ qñ colonus allegat dãnum,q̄ casma venit in re,fit remissio mercedis. similiter qñ venit dãnum in fructibus occasione possessionis ꝛ colonus verisilr̃ nõ potuit scire vt in casu nr̃o ar.a g̃rio sensu dũ Jmo.dicit,q̄ qñ dãnum venit in fructibus occasione possessionis vt pp vinee vetustatẽ,vel aliam sterilitatẽ,q̄s ꝓpendere potuit colonus,nõ fiet remissio mercedis,ergo a sensu g̃rio si colonus nõ potuit perpẽdere fiet remissio.cuz ergo in casu nr̃o dãnũ ꝛ sterilitas nõ venit in fructibus,sed in re,ex q̃ p̄cipiebãt fructus vt in oliuis.i.arboribus,q̃ casu sunt desiccate,ꝛ nihil ammõ p̄cipiet̃ p̄ multos annos forte semp vel in vinea vt.§.ꝛ istũ casuz q̄ductor nõ potuit p pẽdere,igit̃ siue veniat in p̄te rei siue in tota re,dũmõ nõ sit modicuz,dz fieri remissio mercedis p̄ rata,lz illud damnũ respectu fructuuz nõ sit tm̃,quãtuz regrit̃,q̄ sit,qñ venit solũ in fructibus
116 vt fiat remissio mercedis pp sterilitatez fructuũ†tenet̃ eñ locator facere,vt colonus vel inqlinus possit frui re locata, alias fit remissio mercedis,siue hoc nõ possit facere pp casuz fortuitũ veniẽtẽ in re locata,siue pp casum fortuitum veniente3 ex parte locatoris.ff.loc.l.si quis domum. in fi.l.habitatores.l.qui insulam cum alijs.§.allegatis,cum ergo in casu nostro locator non possit facere,q̄ conductor possit vti frui re locata p̄opter casum contingentem in ipsa re locata licet sine culpa locatoris,debet sibi fieri remissio mercedis p̄o rata vt dictis iuribus. ꝛ ista opinio videtur consona iuri ꝛ equitati.nam alias dictus conductor, nõ posset percipere vinum,q̄ vinea est desiccata, vel non posset p cipere oleũ,q̄ olive sunt desiccate,ꝛ nihilominus solueret oleũ

vel vinuz de suo proprio, qđ absurduz vr, z locator lucraretur cũ factura conductoris, contra. l. nã hoc natura. ff. de condi. inde. z ꝯ verisimilẽ intentionem partiũ. l. si quis nec causaz. ff. si cer. pe.

117 † Non ob. c. pp sterilitatem cum alijs concordantijs in ꝯrium allegatis, qz loquitur in sterilitate contingente in fructibus non aũt in casu fortuito veniente in re locata, cuius causa conductor non potest ea vti in totum aut in partem, in quibus est rõ diuersa z diuersa iuris dispositio, non ob. qp pro modico damno nõ fit remissio, qz fateor, sed in casu nostro nõ est modicuz damnũ, immo magnum lz nõ tale quale requiritur, vt fiat remissio, qñ solũ

118 sterilitas venit in fructibus, † non ob. l. si vno. §. cũ quidam. vbi propter exiguitatem fructuuz non dz fieri remissio mercedis, qz id procedit, qñ sterilitas venit in fructibus, quo casu pp exiguitatẽ fructuum perceptorum non fit remissio mercedis, nisi qñ esset sterilitas fructuum de qua supra dictum fuit vt ibi dicit glos.

119 † non ob. ea. l. §. Itẽ alio. qz ibi loquit in vetustate vinee, quam colonus tenebatur propagare, vt ibi dicit glo. alias est in culpa colonus, z nõ conuenit de sua culpa, qz nõ propaganit, prout tenebatur reportet commodum vt ibi dicit gl. nos antẽ loquimur

120 in vinea desiccata casu sine culpa coloni. † non obst. quod dicit Bald. in. d. l. licet, quod si non recolligitur frumentum z colligitur oleum suppletur in oleo, vt non dicatur sterilitas, z sic nõ fiat remissio mercedis, qz id procedit, qñ sterilitas venit in fructibus non in re locata qz eo casu si non recolliguntur fructus in vno fundo si recolligitur in alio, vel non recolliguntur frumenta tñ recolligitur oleum fit suppletio qz omnes sunt fructus vnius anni z pro vno fructu habent omnes vt. d. l. dinortio. §. qđ in sementem. Nos aũt loquimur, qñ casus fortuitus venit in re locata, ex quo cõductor nõ põt vti frui re locata, immo patit incommodũ z dãnũ, qz lz sit absq culpa locatoris, sine veniat in parte rei siue in tota re fit remissio mercedis pro rata dummodo nõ sit modicũ dãnũ qz de minimis nõ curat ptor. vt ꝛ. ꝯcludit ergo qp si est desiccatũ olineñ mõ ꝑdicto debet fieri remissio olei pro rata. Si est desiccata vinea dz fieri remissio mercedis vini ꝓ rata saluo tñ veriori indicio.

121 ℂ † Trigesimooctauo quero scholaris fecit impensam in infirmitate vel funere alterius scholaris sui socij veninnt parentes z repetũt libros ab isto socio. Queritur an cogatur restituere nõ satisfacto sibi prius de expensis. Bald. ponit hanc questionem in. l. in restituendo. C. de petitione hereditatis. z dicit quod nõ.

❧ SVMMARIVM ❧

1 Societate finita administrationis ratio reddi debet.
2 Rationem gestionis reddere debet qui gessit, z prius conueniri debet.
3 Socius qui exegit alteri socio qui non exegit cõicare tenetur.
Rationes reddere est non solum libros rationum edere sed reliqua in medium proferre.
4 Rationum reddendarum appellatione scrupulosa etiam inquisitio venit.
5 Rationum redditio quid in se continere debeat.
Feneratori dicenti se non fecisse libros rationum non creditur.
6 Actio pro socio est bonefidei, z ideo in litem iuratur.
7 Ratio si reddatur in cartis z non in codicibus dolum presumptum edentis ostendit.
8 Sacramento edentis rationes quando credatur.
Ratio quomodo edi debeat.
Codices quandoqz calendarij vocantur, z quare.
Protestatio non sufficit vbi factũ exigitur.
9 Libris an sit standum in totum si socius partem approbat, an vero scripture librorum pro parte acceptare possit, z pro parte non.
Ratio si alicui reddi debet, debet ille admitti ad probandũ cõtrarium eius quod scriptum est.
10 Socij librum rationuz de datis z receptis facere debent z quomodo ei credatur.
Literas acceptans in eis contenta facere videtur secus si non receptet.
11 Mercator recipiens pecuniã ad dimidiã lucri z damni a dante ante annum molestari non debet.

C Irca duodecimam partẽ principalem quis rationez gestiõis reddere teneat.

x ℂ † Dic qp nõ est dubiũ qp inter socios finita societate ratio administrationis reddi dz, vt per Bald. in. l. tãdiu. C. pro soc. z in rub. eo. ti. z in. l. j. C. vt act. ab her. z ꝯ here. z. l. act. ver. labeo. ff. pro so. ad hoc, vt appareat qualiter sit gestũ, z quãtum sit lucrũ, z quãtũ dãnũ, sicut in tutore dicimus, vt videat rõ gestiõis, vt p hoc appareat ql̃iter gesserit, z ad qd teneat pupillo, z versa vice ad qd teneat pupillus tutori. l. j. ff. de tut. z ra. distra. l. j. ff. de ꝯria ac. tu. Euentus enim istius cause, que petit rõ gestionis administrationis societatis alijs examinãdis dabit initium vel negabit, cũ per hoc appareat, an aliqd sit restituendum vel

2 simile. de elec. c. si forte in. vj. † Et dic, qp ille, q gessit rationẽ gestionis reddere dz z ille prius dz queniri, vt dicit gl. in. l. creditor. §. duobus. ff. man. z in simili dr in tutoribus. l. j. C. de transa. z p gl. in. l. ex persona. C. de proba. que enim tutoribus dicuntur z in priuatis administratoribus intelligunt̃ sm Petr. de perusio in consil. quod incipit nõ põt allegari suspectus. in. xij. li. consilioz. car. clxxvij. z hoc mõ forte intelligit̃ tex. in. l. verũ. §. si cum tres. ff. p so. vide spe. in ti. de indi. §. sequit̃. ver. qd si z vi. l. q portio. §. procuratores. ff. de pcu. Itẽ si socij vnũ cõez massariũ siue fancellũ ꝙstituerint is ꝓ rata ab oibus socijs queniẽdus ẽ. vt. d. §. si cũ tres. z. l. actione. §. si cõis pecunia penes aliquẽ sociorum sit.

3 † Itẽ si vnus ex socijs exegerit partẽ suã, alter vero socius suam exigere nõ põt, qz fancellus siue massarius nõ est solnendo propter equalitatẽ seruandã, tenet̃ socius, qui exegit partem ꝗs recepit cõicare vt. d. §. si cũ tres, qz nõ est equũ qp vnus socius ꝙsequatur plus vel minus quam alius. l. si non fuerint. ff. pro soc. Et ad euidentiam huius. xij. partis principalis premittendum est qp socius so. de gestis z administratis p eum tenet̃ reddere rõnẽ. ff. de eden. l. quedam sunt persone. in prin. reddere aũt rõnes est nõ solum libros rationũ edere, sed reliqua in medium proferre. hoc dicit tex. in. l. boues. ff. de ver. sig. §. fi. ff. de cõd. z demõ. l. qui sub conditione reddendaz rationuz. z. l. cum seruus. ff. de manu. te. l. si ita fuerit. §. si vero. z. l. qui filiũ impubere. §. itẽ quesitum. de tute. z ra. distra. l. j. §. officio. de fideicõ. lib. l. thais. §. sorore. §. stichus z dãmas. z. §. titius sticho. z. l. si pater duos. §. sticho. z. ff. de statulib. l. si statulibera perit. §. fin. z. l. seruus si coheredi. §. imperator. z. l. sticho libertas. §. si seruus testamento. z. ff. de condi. z demon. l. si cui libertas. z. ff. de libe. leg. l. nõ solũ

4 §. is qui rationes. z. l. fi. §. inter certam. † omnes enim predicte leges dicunt qp nomine rationuz reddendaz continentur, z certe etiam scrupulosa inquisitio ꝙtinetur, nisi remissa sit. ff. de leg. j. l. si seruus vetitus. Ponderandum aũt est que z quales proferende sint z qualiter ratio reddi debeat, z an si non proferantur scripture, possit in lite iurari. Et circa primum ponderandi sunt tex. dictarum legum. nam in. l. cum seruus dicitur, qp proferende sunt rationes quomodo proferri solent idest offerende, legende, explicande, computande, que probe, vel improbe referãtur recte vel non recte accepta vel data. Sed in. l. j. qui sub conditiõe dicitur, quod qui tenetur reddere rationes docere debet fidem constare omnibus que ab eo gesta sunt. ar in. l. cui libertas dicitur arbitrium a consulibus dandum, qui instrumenta videat rationes calculet, z approbet, vel damnet. Porro in. d. l. si ita fuerit, dicitur volumina rationum reddantur. sed in. l. qui filium dicitur, ex bono z equo rationem reddat, quaz bonus paterfamilias reciperet. Ar in. l. si pure. dicit text. de singulis instruere sed in. §. stichus z dammas. dicit cõtineri omne quoquo modo actum fidemqz respiceret. sed in. l. statulibera pene. §. fi. dicit volumina rationum reddenda, z percunctandas examinãdas, z sciendas rationes. † Et breuiter omnis redditio rationũ

5 in se bonam fidem habere debet necnon solertiam z diligẽtiam qñ natura actus desiderat. In quo etiam inspicitur consuetudo tam generalis quam specialis, verbi gratia si fenerator puta dicit se non fecisse codicẽ rationum, sed ostendit quasdaz cartulas seu foliarias non est ei credẽduz qz tacite videtur ei mandatum qp ꝙficiat codices z qz ita se hz ꝙsuetudo vt no. Jac. bu. in. l. j. C. de eden. fa. c. j. de vsu. in cle. z ar. ff. de pign. ac. l. vel vniuersoz. vñ occultare presumitur codices rationũ, qui eos nõ edit. † quapropter in actionibus bonefidei sicut est actio pro soc. z similes

prestationis, tunc enim ille fundus specialiter designatus ad hoc onus cēsetur obligatus ita no. Bar. in l. lucius. ff. de ali. et ci. le. p tex. in l. ij. eo. tit. quē ita intelligit post quēdā doc. lombar. et ita ēt tz Bar. in l. fundus quē. ff. de annu. le. vbi decidit q si testator leget centū annua sup tali fundo, q ex hoc cēsetur ille fundus expresse obligatus, qr fm eū tm est dicere lego super illo fundo q̄tū obligo illū fundū, vt probat̄ p̄z eius in rub. de reb. eo. q sub tut. vel cur. nō alie. vel supple. idē tz Bar. in l. codicillis. §. insti tuto. ff. de leg. ij. ¶ Et predicta tanto fortius procederēt q̄n talis annua prestatio designato certo fundo esset solnēda in perpetū tunc. n. indubitanter procederet ꝯclusio. s. formata vez q dict⁹ fundus esset hipotecatus et quilibet possessor ad quē ille trāsiret teneret̄ ad dictā prestationē. l. hactenus. ff. ō vsufru. et no. Host. in sum. tit. ō loca. §. que actio. ver. antepe. et vlt. et refert et sequit̄ Guido pape. in. q. ccccxxxij. ad fi. et ita vī tenere Jo. fab. instit. de actio. §. itē seruiana. in vlti. col. vbi late prosequit̄ materiā. et Cor. in qsi. ccxcvj. j. vol. in litera. g. et. b. et ibi declarat et firmat dictū Bar. in. d. l. codicillis. §. instituto. ¶ Sed aduertendum est qō Roma. in qsi. ccclxxxviij. in casu ꝓpositi thematis in pri mo argu. tenet q dicta ꝯclusio sit specialis in causa alimētorum vr. s. speciale sit fauore alimētoꝝ q fundus expresse designatus ad eoꝝ prestationē sit hipotecatus, et hoc ēt extēdit ad annuam pensionē quā summus pontifex cōstituit clerico sup redditibus certe ecclesie, ez illi redditus et bona ex quibus percipiunt̄ sint obligata pro dicta annua pensione, sed Pau. ō cast. in qsi. lij. qr exceptione in pe. col. tz q res nō sit obligata pro annuis prestationibus seu pensionibus impositis in bonis ecclesie, et qō sit speciale in alimētis q res designata ꝑ illoꝝ pstatione cēseatur obligata. d. l. ij. et. d. l. lucius. ff. de ali. et ciba. leg. et Fely. in. c. ad euidētiā. el. ij. in. v. col. in ver. v. ꝯclusio de rescrip. recitatis opi nio. Roma. et Pau. de cas. dicit q forte opi. Pau. est verior. ¶ Ego puto tenēdū q nulla sit specialitas in alimētis, qr certi sunt casus i qb. inducit tacita hipo. vt i ti. ff. et C. i qb. ca. pi. tacit. ꝓba. Inter quos nō reput̄ casus alimētoꝝ, merito ille nō censet̄ habere ō iure tacitā hipotecā, et hoc argumēto vtit̄ Bar. post dcm doct. lōbardū in. d. l. lucius, facit tex. insti. de acti. in. §. ac tionē vbi enumerant̄ actiones bone fidei, et alie q̄ ibi nō sunt nu merate sunt stricti iuris, et sic alimenta nō habēt ius tacite hipo thece nisi qn̄ sunt legata in testō, qr tunc habēt tacitā hipothe cā ꝓut habēt alia legata iuxta. l. j. §. cōi. de leg. ita tz bar. i. d. l. lucius. et in. l. gaius. ff. de annuis leg. sz rō predicte decisionis est q certa bona fuerūt spāliter designata ꝑ alimētis seu alijs an nuis prestationibus, tūc. n. illa spālis designatio facit q illa bo na censeant̄ obligata ꝑ dictis prestationibus vt firmat bar. i lo cis. s. alleg. et maxie i. d. l. fundus quē. ff. de an. leg. et in. d. l. codi cillis. §. instituto. ff. de leg. ij. et in. d. l. lucius. et ista fuit ēt opi. gl. in. d. l. lucius in gl. in ver. ex reddit. ita puto tenēdū cū nō ine niā decisiones glo. et Bar. reprobari p aliquē. ¶ Vigesimus quartus casus scōm aliquos est in legitima debita de iure natu re descēdētibus in bonis ascēdētiū iuxta. l. papinianus. §. iij. ff. de inoffi. testa. et auc. nouissima. C. eo. tit. vt sz bona ascendētiū sint tacite hipotecata descēdētibus ꝑ dicta legitima eis debi ta, et istā opi. tz bal. in qsil. clxxj. qdēnatus fuit quidā. j. vol. vbi equiparat filios vxori, et Fulg. in qsi. lxxxiij. Bonacursius i. ij. col. ad fi. et Are. in qsi. clvj. diligēter visis in penul. col. in prin ci. Eandē opi. tz Paul. de mōte pico i repe. l. in. iij. ff. ad. l. fal cid. in col. xlix. nu. cxvij. vbi audaciter dixit q Alex. ibi tz ꝓriū errauit in terminis, et scōm eū ista opi. ꝓbat̄ inconuincibili fun damēto, nā lex fauet magis filijs in legitima q̄ alijs legatarijs, qr stat iz deducto ere alieno detrahit̄ legitima. d. l. papinianus. §. iiij. filius dī creditor in sua legitima, et creditores preferūtur legatarijs. l. fi. §. si vero. C. ō iure delibe. Cū āt qlibet simplex le gatarius habeat bona testatoris obligata. vt. l. j. C. cōmu. de le ga. a fortiori vī q bona debeāt esse obligata ꝑ legitima. et dicit q istud est sūm fundamētū et alij doc. nō ꝓbauerūt istā ꝯclusio nē, sed imo istud fundamētū añ eū fuit Fulg. in. d. qs. lxxxiij. q fortasse potuit ipse nō vidisse. Tñ ꝓriā sniam vez q filijs nō det hipotecaria ꝑ legitima tz Alex. in. d. l. in. iij. in. vj. col. ver. cō firmo predicta, dicēs nō reperiri iure cautū q filius habeat hi potecata bona insolidū ꝑ legitima iuxta. l. creditoris. ff. ō distra pig. Idem tenet Alex. in consi. lxxviij. clarissime doct. ij. volu mi. in vlti. col. in ver. Non obstat id q dī de legitima. vbi dicit quod bona nō sunt obligata pro legitima filij sz solū ꝑ ea filius bz condictionem ex lege ꝯ heredes vt est casus in. §. ceterum in auc. vt cum de appella. cogno. et est cōmunis opi. in. d. l. in. iij. cum alijs allegatis ibi per Alex. Idem tz Alex. in consi. cxvij. viso tit. q. vj. vol. nu. xv. p allegata ibi per eū et in qsi. clvij. du plicato p errorē nu. xij. et. xiij, vij. vol. Idē late firmat insignis doc. do. Bulgarinus senē. in quodā suo qsi. viso et diligenter cō siderato q est impressum post quādā suaz disputatio. q incipit sempronius qdidit testamentū qō qsiliū est subscriptio ad quod dā qsi. do. Bartho. soci. qui idē qsuluit per optima fundamen ta de quibus ibi. Istam ēt opi. tenet Decius nostre etatis faci le primarius in cōsi. ccxxxv. in casu mag. tc. in vlt. col. et dicit es se veriorem, et rīndet ad fundamenta tenentiū partē ōriam et pri mo q Bal. in. d. cōsi. clxxj. nō dicit qō pro legitima sint hipote cata bona et si diceret hoc nō probat de iure, et ideo procedit fun damentum. s. factum per Alex. qō iure hoc cautū nō reperitur argu. l. illā. C. de colla. et rationes Fulgo. sunt paū efficaces. naz dum arguit a legatarijs ad filios qō ex quo legatarij habent hi potecam filij nō debēt esse deterioris conditionis, dicit ipse q argu. procederet data paritate terminoꝝ qn̄. s. filij pro legitima haberent expressam volūtatē testatoris prout habent legatarij, sed qr legitima debet ex dispositione legis non militat argumē. de hipoteca concessa pro legato iuxta. l. j. C. cōi. de lega. ad legi timam que nō bz expressam voluntatem testatoris et qō ex hac rōne magis faueat̄ legatis q̄z ltime tz Sali. in. l. scimus. §. reple tionem in fi. C. de inoffi. testa. et sequit̄ Alex. in. l. in ratione. la. ij. in prin. in vlt. col. in ver. itē nō vī bene dicere. ff. ad. l. falci. ꝑ quo optime facit, qr alimēta de iure multa habent priuilegia vt per Bar. in. l. mella. in pn. ff. de alimen. et ciba. leg. et tñ alimēta nō habent tacitā hipotecā, nisi sint relicta in testamēto, qr tunc habet hipotecā sicut cetera legata vt per Bar. in. l. gaius. ff. de annu. leg. et in. l. lucius. ff. de ali. et ciba. leg. et late dictum fuit in precedenti casu. xxiij. et ita tenēdū puto. ¶ Quam tñ ꝯclusionē limita nisi ageret̄ pro supplemēto legitime habito respectu ad id qō relictū fuit in testamēto filio non sufficiente ad legitimā iu xta terminos. l. oimodo. C. de inoffi. testa. qr cum illo casu pars legitima sit relicta in testamēto. Illud ēt q dz supplere cēsetur relictum vt in not. q. tradit Bal. in. l. hac edictali col. iij. versi. et primo quero. C. de secun. nup. qr tunc sicut pro alijs relictis cō petit tacita hipoteca. d. l. j. C. cōia de leg. ita et pro supplemento legitime hoc modo debito, et ita tenet Decius in. d. qs. ccxxxv. in fi. et bene. Conclusio ergo. s. firmata qō in legitima nō sint bo na tacite hipotecata procedit quando nullo modo legitima est relicta, sz petitur ex dispositione dicte. l. papinianus. §. iiij. et. d. auc. nouissima. et sic iste. xxiiij. casus non est verus. ¶ Non re perio alios casus in iure expressos in quibus detur tacita hipo teca nisi duos alios quos vide. j. in. iij. parte princi. in. j. mēbro nu. xij. et. xiij. quos oblitus fui ponere hic ideo eos supple hic. quānis nō sit proprie tacite hipoteca in eis. Fateor tñ qō p sta tuta possit induci ēt in alijs casibus. sicut enim potuerunt leges ciuiles introducere hipotecā in casibus predictis, ita et statuta municipalia possunt ēt in alijs casibus introducere iuxta tex. i. l. oēs populi. ff. de iusti. et iur. et qr sicut pacto pōt hipoteca induci ita et statuto, qr qō pōt fieri per pactū arguēdo affirmatiue pōt ēt fieri per statutū. l. nō impossibile. et ibi Bar. et doc. ff. de pac. et g̃lo. in rub. C. de decre. decu. lib. x. et ita firmat Bar. in. l. fi. C. de iure rei publi. libro. x. et Soci. per plura alia tenet in consil.
65 ccxl. circa presentem. ij. volu. j. col. ¶ †Insuper ad declaratio nem presentis quarti membri huius secūde partis in quo tracta tum est de tacita hipoteca est notandum quod in tacita hipote ca veniunt bona presentia et futura, etiam nomina debitoꝝ tam presentia quam futura, vt per Bal. in. l. prima in penul. colum. ff. soluto matri. et in. l. hac edictali. §. omnibus post Cynum ibi .C. de secundis nuptijs. et in. l. vbi adhuc ad finem. post Jacob. de raue. ibi Cyn. C. de iure dotium et ita etiaz tenet et corroborat Salycet. in. l. finali. C. que res pigno. obliga. pos. sequendo in hoc opin. j. glos. ibi et reprobando opinio. Joā. glosatoris, et ita etiam tenet Roma. in singula. cxlij. carta quinta, et ista videtur verior et communior opinio de iure, quicquid in contrarium vo luerit Bald. in. l. iij. C. de heredi. actio. vbi voluit quod in tacita hipoteca veniant presentia tantum, et in. l. iij. C. de priuilegijs fisci vbi dixit esse speciale in fisco quod in tacita hipoteca eius fauore veniant futura, quia (vt dixi) tenendum est quod in tacita hipoteca veniant bona et nomina debitorum tam presentia
66 quam futura. ¶ †Sed dubitatur quid dicendum sit de pecu nia an scilicet illa veniat in tacita hipoteca. Et videtur dicendū q sic per textum et ibi Bartolus in. l. cum tabernam. §. finali. ff. de pignoribus. vbi dicitur quod in generali obligatione bono rum venit pecunia, tamen Baldus in lege certi iuris. in sexta questione. C. locati. tenet quod neque merces, neque pecunia

venias

veniat in tacita hipoteca, qz talia nõ videnť ineſſe tacite hipote ce pp celerẽ motũ. l. debitor. ff. de pig. cũ aliis alleg. p eũ. Idem vť tenere Alex. in. d. l. cũ tabernã in apoſtil. ad Bart. ⁊ rõ rõ nis eſt, qz pecunia dť ſemp venalis ⁊ parata alienationi. l. vxorẽ §. legauerat. ff. de leg. iij. ⁊ no. Bal. i. l. fi. ad fi. C. de cõpẽ. ⁊ ſeq tur Alex. in. l. generali. §. vxori. ff. de vſufru. leg. ⁊ ppea non vť eſſe in certo loco. ¶ Tamẽ eſt aduertẽdũ q predicta ſunt intel ligenda in tacita hipoteca de qua in. d. l. certi iuris q̃ eſt reſtri cta ad certũ locũ vcz ad domũ locatã ⁊ in illa militat ratio aſſi gnata p Bal. in. d. l. certi iuris in. vj. q. q pecunia ⁊ merces ve nales nõ vñr eſſe in domo locata cũ ſint venales vt per Alexã. in locis prealle. ſed in alia tacita hipoteca extra terminos dicte l. certi iuris ⁊ ſic nõ reſtricta ad certũ locũ vt patet in caſibus vigintitribus. ẽnarratis, quia in illis ceſſat ratio reſtrictionis predicte dicenduz vť q pecunia cõprehendať in generali hipo teca expreſſa. d. l. cũ tabernam. §. fi. ar. l. cũ qd. ff. ſi cer. pet. ⁊ fa cit qz ẽt in tacita veniunt noia debitorꝝ, vt dixi. ſ. ⁊ hť per gloſ. ⁊ doc. in. d. l. iij. C. de heredita. actio. ⁊ p Pau. de caſt. in conſi. cccxcv. notandũ primo. ⁊ nõ vť rõ diuerſitatis inter pecunias ⁊ noia debitoris, ⁊ qz lex parificat tacitã ⁊ expreſſaz vt. ſ. i vtraq; veniãt bona preſentia, ⁊ futura. d. l. hec edictali. §. oibus. cũ er go venit etiam pecunia, qz appellatione bonorꝝ venit ẽt pecunia vt. l. j. ⁊ ibi not. Bal. ⁊ Sali. C. ỏ vſufru. ⁊ ppea ꝙcludo q licet in tacita hipoteca de qua in. d. l. certi iuris nõ veniat pecunia. p rationes adductas p Bal. ⁊ Alex. Tñ in aliis tacitis hipote
267 cis ſic. ¶ † Poſtremo in materia tacite hipotece notandũ eſt q ſtante ſtatuto q inſtrã ꝙfeſſionata vel guarentigiata habeãt executionẽ paratã tale ſtatutũ militabat ẽt ſi petať executio vi gore iuſtri ex quo reſultet tacita hipoteca ita cõiter cõcludit vt hť p Bar. Bal. ⁊ latius Imol. in. l. j. ff. de his q̃ in teſta. delen. ⁊ per Bal. in. l. vnica. §. ⁊ vt plenius. C. de rei vxo. actio. ⁊ in. l. ad probationem. la. j. C. de prob. ⁊ ita tenet Alex. in. l. inriſgen tium. §. qỏ fere. in vlt. col. ff. de pac. Et licet loquať in ſtipulatio ne preſumpta idẽ eſt in tacita hipoteca vt tenet Bal. nouel. in vj. parte. in. vij. priuilegio. in. j. col. Subdit tñ q vidit eſſe ꝙſul tum qỏ dicta cõis opi. ꝓcedat qñ agiť via executiua vigore ta cite hipotece ꝙ ipſum principalẽ noiatũ in inſtrỏ, ⁊ ita dicit eſſe de mente Bal. in. l. i. §. cõmu. de leg. ¶ Et iſtud idez eſt ẽt qñ petitur executio inſtri quo eſt expreſſa hipoteca, qz illa dať ſo lum ꝙ principalẽ debitorem ⁊ eius heredẽ non aũt ꝙ tertiũ poſ ſeſſorem vt per Benedictum de barzis de aretio in tracta. gua rentigie in col. xxxij. ver. ſecundam nunc ad. ix. ⁊ ita tz Bald. ⁊ Ang. in. l. ij. C. ſi aduerſus credi. Bal. in. l. hac edictali. C. de ſecun. nup. ⁊ in. l. ſi pro te. C. de iure dot. Bar. in repeti. l. iij. in. iiij. q. C. de pigno. Ange. Imol. Alex. ⁊ alij. in. l. j. §. ſi heres. ff. ad trebellia. Hely. in. c. cũ ſup in. vj. col. in ver. ⁊ not. qỏ tertius de re indi. ⁊ hãc ꝙcluſionẽ qỏ. ſ. executio ꝙceſſa p ſtatutum ha beat ẽt locũ quo ad hipotecã tacitã virtualiter ſubintellectã in ſtrumento firmat Alex. in ꝙſi. cxxvij. repetitus numero. vij. ⁊ p totũ in. vj. vol. Et per iſta ſum expeditus de hipotecis tacitis.

¶ Tertia pars principalis.

V Enio nunc ad tertiã partẽ prin. tracta tus in qua tractãdũ eſt de pi gnoribus. ⁊ pro intelligentia primo premittẽdum eſt qỏ quadruplex eſt pignus. ¶ Primum pignus eſt cõuentionale qỏ ex partiũ conuentione procedit de quo eſt gl. magiſtra. ⁊ ibi clarius per Bar. in. l. j. in prin. ff. ỏ pigno. actio. ¶ Secundũ eſt pignus legale qỏ tacite a. l. ꝙſtimť. l. certi iu ris. C. loca. ⁊ inſtitu. de action. §. item ſeruiana. cum aliis caſi bus notatis. ſ. in quarto membro ſecunde partis. ¶ Tertium pignus eſt pignus pretorium qỏ conſtituitur quando nulla pre cedente ſententia diffinitiua, procediť contra reum in contu macia. ⁊ fit imiſſio ex primo decreto in bonis debitoris. iuxta. l. ſi vnus. ff. de bo. auc. iudi. poſſi. ¶ Quartum pignus eſt pignus iudiale qỏ ꝙſtituitur qñ precedente ſentẽtia diffinitiua pro eius executione fit immiſſio in bonis debitoris condẽnatis ex primo decreto. vt. l. a diuo pio. per totum. ff. de re iudi. licet etiaz iſtud quandoq; appelletur pretorium, vt. l. i. C. de preto. pig. ea ratio ne, qz vtrunq; expediť a iudice, ⁊. j. ſuo loco dicẽť in quibus diſ ferat pignus pretorium ⁊ iudiciale. ¶ Sicut ergo iſta pars cõ tinet tria genera pignorum omiſſo legali de quo iam dictus eſt ſupra in quarto membro ſecunde partis. Ita diuiditur iſta pars in tria membra. In primo membro videbimus de pignoribus ⁊ hipotecis ꝙtionalibus quomodo ſcilicet ⁊ ꝙbus verbis cõ ſtituantur ⁊ per quos. In ſecũdo tractabiť de pretorio pigno re ⁊ in quibus differat pignus conuentionale ⁊ pretoriũ. In ter tio tangetur de pignore iudiciali.

❦ SVMMARIVM ❦

1 Jus reale conſtituitur per pignus, ⁊ hoc eſt ſpeciale in pignore. ⁊ quare.
2 Pignus conuentionale poteſt inter abſentes conſtitui ⁊ per literas.
3 Pignus conuentionale quibuſcunq; verbis contrahi poteſt ⁊ ſine ſcriptura. Item in quacunq; obligatione poteſt contra hi. Itẽ poteſt conſtitui pro toto tempore ⁊ pro parte tempo ris. Item de nocte, ⁊ pro quacunq; cauſa ⁊c.
4 Hipoteca conſtituitur per pactum initum inter debitorẽ ⁊ cre ditorem quod liceat creditori alienare rem debitoris.
5 Hipoteca conſtituitur per verbum mutuo.
6 Subſcribens cõtractum vel ſcripturam in qua res ſua eſt obli gata dicitur pignus conſtituere niſi ſubſcribat ſe tanq; teſtẽ.
7 Pignorans ſuam poſſeſſionem, vtendo verbo poſſeſſionem, in telligitur illa pleno iure pignorare.
8 Pignus vel hipoteca an poſſint accedere obligationi nulli ⁊ inefficaci.
9 Pignus vel hipoteca non conſtituuntur niſi aliqua obligatio ne precedente.
10 Hipoteca introducta a lege in bonis paternis pro adminiſtra tione facta per patrem in bonis filij dupliciter conſideratur.
11 Actio pignoratitia directa que datur debitori quando naſcať.
12 Actio ſemel nata non poteſt iterum naſci.
13 Filiusfamilias immo ⁊ ſeruus pro negotio ⁊ cauſa peculiarij ſi liberam habeant adminiſtrationem poſſunt res peculiares
14 pignori dare.
15 Hipoteca põt cedi ſine pncipa. ⁊ cuius ſit effectus talis ceſſio.
16 Hipoteca poteſt remitti pacto debito principali non ſatisfacto.
17 Hipoteca poteſt legari per teſtatorem.
18 Retẽtio an locũ bẽat vbi ipa hipoteca nulla ẽ vťſaltẽ vitioſa.
19 Accedens pignori an dicatur pignus.
20 Pignoratio vnius rei pro alia an ſit valida.
21 Venditio vnius rei pro alia an ſit valida.
Vẽditor vẽdẽs rẽ alteri obťatã aſſerẽs illã eſſe liberã ⁊ nemini obťatã pena falſi teneť, diſſimulãs ãt teneť crie ſtellionat⁹.
22 Pignora data locatori in contractu locationis an per recõdu tionem cenſeantur repetita.
23 Contractus pignoris dicitur nominatus.
24 Hipoteca in inſtrumento non adiecta an per notarium ex ſuo officio poſſit ſuppleri ⁊ apponi.
25 Clauſule in inſtrumẽtis ⁊ ꝙtractibus apponi ſolite an ſemp ſub intelligantur.
26 Subſtantialia ⁊ naturalia contractus que dicantur.
27 Pignoratio vel hipotecatio facta pro tanto debito q nulla ſit ſpes luitionis potius dicitur alienatio q̃ pignoratio.
28 Satuto dictãte q ꝙlibz teneať facẽ ỏſcribi res ſuas ĩ eſtimo an creditor teneať res pignoratas ỏſcribi facere, ⁊ ſub q̃ forma.
29 Res pignorata qualiter dicatur a creditore poſſideri.
30 Fructus rei pignorate quo caſu cedant creditori.
31 Creditor turbatus in poſſeſſione rei pignorate habet interdi ctum vti poſſidetis.
32 Creditor habens caſtrũ pignoratũ põt exercere iuriſdictionez.
33 Debitorez poſſidere rem pignoratã quo ad effectum vſucapiẽ di qualiter ſit intelligendum.
34 Creditor qualiter dicať pignus poſſidere, ⁊ qualiter debitor.
35 Hipoteca ꝙtiõalis p quas pſonas poſſit vel ñ poſſit ꝙſtitui.
36 Pignus non conſtituitur mandato niſi ſit ad hoc ſpeciale.
37 Obligatio conditionalis purificata conditione retrotrahiť niſi obſtet defectus rei vel perſone.
38 Regula quod ratihabitio retrotrahitur ⁊ mandato compara tur pluribus cauſis limitatur.
39 Obligatio pignoris an poſſit alicui queri per alterum.
40 Rei vendicatio differt ab hipoteca.
41 Pater an adminiſtrator legitimus filij accipiendo pignus vel obligationem acquirat vtilem hipotecariã filio.
42 Pupillus an poſſit rem pignori dare.
43 Mutuans alienã pecuniã ſuo ppio noie ⁊ pro ea accipẽs pi gnus nõ acquirit hipotecã dño pecunie ꝙ ſibi mutuanti.
44 Adminiſtratores ciuitatis an poſſint obligare bona ciuitatis quando pro ciuitate accipiunt aliquam pecuniam.

¶ Tertie partis Primum membrum.

¶ Appendo itaq; primum membrum in quo videndū est de pignore & hipoteca quentionali. primo inuestigādū est quo & quibus verbis qstituat pignus vel hipoteca conuētionalis. deinde per quas psonas qstitui possit vel non. † Primo itaq; notādū est q licet alia iura realia nō qstituant solo cōsensu, sed requiratur traditio. vt. l. traditionibus. C. de pac. & l. iij. §. j. & l. si partem. in prin. ff. quemadmo. ser. ami. tñ spāle est in pignore p qđ ēt ius reale qstituit. vt. l. pignoris. ff. de pigno. & l. pignoris. C. eo. vt nudo consensu qstituat. vt. l. si tibi. §. de pignore ff. de pac. & l. j. & ibi no. Bar. ff. đ pig ac. ¶ Et rō est ꝫ Bar. in. c. l. j. q; qstitutio pignoris est modici preiudicij. & similis ratio est in. l. fi. C. q̄ res pigno. pos. Sed Bald. in. d. l. traditionibus. ver. sed hic quero quare &c. in. iij. col. assignat aliā rationē videlicet, q; si quentio hipotece nō produceret ius reale, alias nihil operaretur cum ius personale insit ex preambulo qtractu cui hipoteca adjicitur. cum ergo hipoteca non pariat personalem merito parit realem actionē alias esset frustra. sed promissio facta in ꝯctu circa dñiū nō est frustra, q; illa parit actionez personalē ꝑ promittētē, sed quo ad dñium expectat traditio & istam etiam rationez tenet ibi Sali. & sequitur Jas. & sic habes
1 quod pignus constituitur solo consensu. ¶ † Item constituitur pignus quentionale inter absentes, vel. l. creditor. §. fi. ff. de pig. & ideo ēt per epistolā ꝯbi pōt, & nō vitiat, licet non sit in ea dies & qsul. vt. l. cū tabernaz. §. idem quesijt. & idē Bar. ff. de pigno. & Bal. in. j. qsti. C. in. §. quibus. in. ij. col. in versi. vtrū pignus.
3 ¶ † Jtē ꝯbit quibuscunq; verbis & sine scriptura. vt est tex. in. l. ꝯbit. ff. de pigno. & tex. & ibi Bal. in. l. fi. in prin. C. que res pigno. ob. possit. ita qđ ad eius qstitutionē impropria verba sufficiant in tantum q verbum dotis qđ de sui natura importat trāslationē dñij, vt instit. de act. in. §. sic itaq;. & verbū qsigno & concedo vūmodo subiecta materia non repugnet, important cōstitutionē pignoris. vt per Soci. in qsi. xciij. circa primum. in. ij. col. j. vol. ¶ Jtē constitui pōt in quacūq; obligatione. vez tam pura quam in diem vel sub qditione. & sive procedat obligatio sive sequatur, & tam pro toto debito, q̄ pro parte. & tam pro sua obligatione quam aliena, & tam pro ciuili obligatione q̄ pro naturali tñ, & est tex. plenus in. l. res hipotece. ff. de pig. ¶ Jtem pōt cōstitui pro toto tempore, & pro parte temporis. vt. l. item liberatur. in prin. cum glo. ibi. ff. quib. mod. pig. vel hipo. sol. Et non soluz pro debito pecuniario, sed ēt pro alia cā. puta si do pignus alicui vt pro me fideiubeat. vt. l. si rem alienam. §. fi. ff. de pigno. act. ¶ Jtē pōt qstitui ēt de nocte, vt est glo. in. l. more. ff. de fer. sicut & ceteri ꝯctus. vt est tex. & ibi per doc. in. l. non minorem. C. de transac. ¶ Item potest qstitui in rebus alibi sitis. & qđ ad hipotecariā sortietur debitor forum in loco ꝯctus. vt p Bal. in. l. ij. in fi. C. manda. ¶ Item pōt qstitui pignus in testamento, vt no. Bar. in. l. nō est mirum. per illum text. ff. de pig. actio. ¶ Item cōstituitur pignus seu hipoteca per pactuz inītum inter creditorez & debitorez, qđ liceat creditori alienare aliquā rem pro suo credito nam ex hoc pacto intelligitur illa res obligata creditori. tex. est & ibi not. Bar. in. l. iij. §. fi. ff. qui pot. in pig. ba. & sequitur Bal. in. l. creditores. in fi. prime lectur. C. de pig. per. d. §. fi. quem dicit non esse alibi. ¶ Similiter dicit Bal. per licentiam datā creditori de ingrediendo propria auctoritate aliqua bona debitoris. Nam per talē licētiā censentur illa bona obligata ipsi creditori, ēt qđ illa non fuissent expresse obligata. ita dicit ibi Bal. per tex. in. d. l. iij. §. fin. & ita refert &
5 sequit Alex. in. d. §. fi. in apostil. ad Bar. ¶ † Jtē qstituit pignus vel hipoteca per ista verba. videlicet mutua mihi decem super isto libro, vel super ista re. vt p Bar. in. l. codicillis. §. instituto. ff. de leg. ij. & faciūt not. per Bar. in. l. fundus quez. ff. de annu. leg. & per Bal. in. l. j. C. cō. de leg. & p Cor. in qsi. ccxcvj.
6 ij. col. j. vol. in fra. g. & b. ¶ † Jtē qstituit pignus si qs subscribat ꝯctū vel scripturā in qua res ita obligat. Nā ex hoc vr obligationi qsentire. tex. & ibi no. bar. i. l. fideiussor. §. j. ff. đ pig. post gl. ibi. ¶ Similiter si qs fideiubeat p eo q rē suā prius obligauerat. nā ex hoc censet approbare obligationē prius de re sua facta. secus autez esset si obligatio & hipotheca de re fideiussoris subsequeretur post fideiussionē. tex. est in. l. si gratuitam. alias incipit pomponius scribit. §. fi. ff. in qbus caus. pignus vel hipoteca tacit. ꝯbatur. Et sic est ibi tex. qđ quis fideiubendo censet approbare, & cōsentire. de quo tñ dōm est, vt br per glosaz, bal. & Salice. in lege exceptione. C. de cuictionibus.

¶ Intellige tñ predicta nisi quis subscriberet se tanq̄ testis, q; p talē subscriptionē nō censetur approbare obligationē & hipothecā de re sua factā in scriptura. tex. & ibi Bar. post glo. in. l. Caius. ff. de pigno. actio. de qua tñ decisione late dōm est vt br per Bar. Alexādrū & alios in lege que dotis. ff. soluto mrimonio. istis premissis. q̄rit mō in materia de nonnullis qōnibus.
7 ¶ † Et primo querit si quis pignoret suā possessionē vt édo hoc verbo possessione intelligatur pignorare rē pleno iure. & sic respectu possessionis & proprietatis. Et dōz est q; sic, vt est textus in. l. j. & ij. C. si pig. pig. da. sit. & no. gl. in. d. l. j. in versi. possessionem. que exponit id est plenam proprietatē. & ibidem hoc not. Bal. & facit q; interdū possessio capitur pro pprietate. vt. l. interdū. ff. de verbo. signifi. & ita refert & trāsit Alex. in. l. si rez alienā q̄. in penul. col. in ver. extra gl. Bar. ff. de acquiren. possess.
8 ¶ † Secundo queritur an pignus vel hipotheca possit accedere obligationi nulli vel inefficaci? Et breuiter dōm est qđ non. vt est gl. not. cū qua transeunt ibi Bar. & alij in. l. ij. in glo. fi. ff. de cōductione ob turpē causam. & no. Jaso. in. l. ex his. l. de cō dictione indebiti. vbi ex hoc not. q̄ paria sunt aliquid esse nullum de iure vel inefficax. & multa ad hoc cumulat idem Jason. in. l. fi. ff. de officio eius cui mand. est iurisd. & idem Jason. in. l. si dari. ff. de verbo. obliga.
9 ¶ † Et ratio istius decisionis est, q; hipotheca vel pignus cōstitui non potest, nisi aliqua obligatione precedente, vt est text. & ibi not. Bar. in. l. contrahitur. ibi pp aliq̄ obligationē. ff. de pignoribus. paria autē sunt nullā obligationē precedere, vel aliquā sed nullam vel infficacē. argumentū. l. quoties. ff. q̄ satisdare cogant. & l. iiij. §. cōdemnatū. ff de re iudic Et q̄ ab initio hipotheca cōstitui non possit sine principali est tex. & ibi no. bar. in. l. fideiussor obligari. in prin. ff. de fideiuss. & tz Alex. in consi. cxxxiij. animaduersis. numero. xx. vj. volu.
10 ¶ † Nec hz obstare predictus tex. in. l. cum opz. §. fi. C. de bo. que liber. vbi br q̄ hipotheca introducta a lege in bonis paternis pro administratione facta per patrez in bonis filij incipit a tēpore inchoate administrationis, & sic vr incipere ante obligationē personalē, q; pater incipit obligari demū post malam administrationē, q; rñdet ad hoc ꝫ Bal. & Saly. post Pet. ibi qđ duplex est obligatio p̄ncipa. qua pater tenet filio, vna. s. generalis & primeua, qua pater obligatur statim cum incipit administrare, q; ex tunc obligatur res filij saluas facere & bene res filij administrare & sine fraude q̄nis ad suam vtilitatē, & hanc nō precedit hipoteca sed subsequitur. Altera est specialis & secundaria que incipit ex mala administratione. vt. l. j. §. est aūt. & §. si apud & l. si duo. ff. depositi. & istam in tpe antecedit hipoteca & sic vez est dicere qđ oīno aliqua obligatio principalis antecedat hipotecā, & hāc intelligēdā refert & sequit Soci. in qsi. xlij. iiij.
11 vol. col. v. in ver. & facit ratio. ¶ † Et pro corroboratione predictoz faciunt not. p Bar. in. l. si rē alienā. §. ois. ff. de pigno. act. vbi querit q̄n nascat actio pignoratitia directa que datur debitori & & concludit qđ nascat tpe solutionis debiti. sed qđ nascit ex ꝯctu dudū ante celebrato, & sic nascet hodie ex materia antiqua & idē dicit in mutuo recōciliatio ex qsumptione. vt. l. nā & si furioso. ff. si cer. pet. & in actione tutele. vt. l. si tutor. in fi. cum. l. sequē. ff. de tut. & ra. dist. & in actione ex stipulatu pro dote. vt. l. si qstan. §. j. ff. solu. mat. & plura alia adducit, vt ibi p eum. ¶ Buz ergo dicit quod obligatio hipotecaria non oritur ante principalem obligationē suppleri dz vel ante ꝯctū celebratū ex quo postea orit ipsa principalis obligatio & ista vr melior intelligentia & magis ex mente iuris procedēs q̄ illa Bal. & Sali. Cum nō videat iure, pbari qđ generalis actio oriatur ab initio ꝯctus, q; illa que oritur a principio est actio competēs ad implemētū ꝯctus, illa aūt que cōpetit sequuta mala administratione cōpetit ad dāna & interesse, & sic ad diuersum effectum q̄ competat illa
12 prima, & ideo nō vr eadē actio sed diuersa. ¶ † Et facit quia actio semel nata non potest iterū nasci. lege si duo. §. fi. de arbi. & l. si ita quis stipuletur. & l. si sic stipulatus. ff. de verborū obligatio. & notat Bartol. in. l. pomponius. la. ij. in vltima colum. ver. sed contra predicta. ff. de nego. gest. Concludit ergo q̄ vera est decisio qđ hipoteca non pōt constitui nisi precedat ꝯctus validus & aptus ad obligationē pducēdā. & qđ q̄n obligatio p̄ncipalis est nulla vel inefficax illi non potest accedere hipoteca. ¶ Et ex hoc infert q̄ sicut obliga. filiūfa. in mutuo est inefficax iuxta totū tit. ff. & C. ad macedo. & similiter fideiussio seu intercessio mulieris pp beneficiū velleiani iuxta totū ti. ff. & C. ad veleia. Jta & obligatio seu hipoteca accedēs dicte principali obligationi est inualida & ei obstat exceptio prout obstat principali

obligationi

obligationi est invalida ꝛ ei obstat exceptio put obstat pncipali obligationi vt ē tex.i.l.si alins.ff.q̄ res pig.obli.pos.ꝛ ibi bal. Intellige tñ ꝛ declara predicta notabiliter pluribus modis.

¶ Et primo id q̄ dictū est in muliere q̄ sicut ex būficio velleiani intercessio p eā facta est nulla ita ꝛ hipoteca ei accedens,q̄ nō pcedat qñ mulier esset in aliquo debitrix ipsius mariti. Nā nō obstante velleiano posset p ea q̄ztitate p qua est debitrix obligare rē suā pignori p marito vt est tex.ꝛ ibi not.bar.in.l.j.§.fina.ff.de pig. ¶ Scdo intellige predicta pcedere ēt qñ non ipsa mulier vel filiussa.ſz alius p eis q̄stitueret hipotecā vel pignus nā ēt tunc nō vz hipoteca vt est tex.ꝛ ibi not.Bar.in.l.ij.ff.que
13 res pig.oblig.nō poss. ¶ †Tertio declara id q̄ dictū est de filiofami.pcedere preter q̄z in cā peculiari. Nā p negotio ꝛ causa peculiari tā filiussami. q̄z seruus si liberā habeāt administratione pñt res peculiares pignori dare vt est tex.ꝛ ibi gl.ꝛ bart. in.l.si quenerit.§.fi.cū.l.sequenti.ff.de pig.actio.ꝛ hoc qñ obligatio fit in vtilitatē peculij,secus aūt si p alijs negotijs, q̄ tunc etiam q̄ haberent liberā administrationē ꝛ obligaret res peculiares obligatio nō valeret vt est tex.ꝛ ibi declarat gl.ꝛ approbat Bar.l.j.§.j.ff.que res pig.obli.non pos.nisi forte in concessione libere administrationis fuisset eis permissa etiā facultas donandi,q̄ tunc indistincte dictas res obligare possent,vt subdit tex.in.d.§.j.ꝛ declarat ibi gl. ¶ †Tertio q̄rit̄ an ꝛz a pncipio hipoteca vel pignus non possit q̄stitui sine aliqua obligatione vel q̄ctu precedēte,tñ an post q̄z est q̄stituta possit diuidi ꝛ separari ab illa pncipali? ꝛ breuiter respondet̄ q̄ sic nā pōt cedi hipoteca vel pignus sine pncipali.vt.l.Julianus.in pncipio.ff.de leg.iij.ꝛ l.grege.§.cum pignori.ff.de pigno.ꝛ lege secunda.C.si pig.pi.da.sit.ꝛ not.Bar.in.l.fideiussor obligari.in pnc.ff.de fideius. Cū cōcordan.ibi allegatis p Alex.cuius ad tē effectus sit cessio hipotece sine pncipali vide ibi p Barto.
15 ¶ †Et ex predictis infert̄ q̄ hipoteca ꝛ pignus pote st remitti pacto ꝛz debitū pncipale nō sit satisfactum ꝛ sic pōt tolli hipoteca remanēte debito pncipali.vt.l.si tibi.§.de pignore.ff.de pactis.cuz ibi plene not. per gl.Bar.Alexandrum ꝛ alios ꝛ est ibi i hoc glo.ordinaria cōmuniter approbata que disputat an si remissio pncipalis debiti vitiaꝛ,vitietur ēt remissio hipotece ꝛ gl.distinguit q̄ aut vitiaꝛ remissio pncipalis debiti ex causa que respicit etiam pignus ꝛ tunc vitiatur etiam remissio pignoris,aut causa ex qua vitiatur remissio pncipalis debiti non respicit remissionē pignoris,ꝛ tūc ꝛz vitiet̄ remissio pncipalis debiti, tamē nō vitiatur remissio pignoris,ꝛ ita refert ꝛ approbat Soci.in.d.q̄silio.xlj.in presenti q̄sultatione in vltima col.in ℵ si.primus est quarto voln.ꝛ isto casu hz locū regula q̄ vtile per inutile nō vitiaꝛ de qua in.l.j.§.si stipulanti.ff.de verb.obli.ꝛ p Bar.in.l.grege.§.illud.ff.de fideius.q: obligatio hypotecaria recipit separationē ꝛ diuisionē a pncipali,ꝛ ita ꝛz Socinus.in
16 d.q̄si.xlj. ¶ †Jtē ex predictis infert̄ q̄ hypoteca pōt obligari p testatorē sine pncipali actione vel credito vt expsse not.bal. in.d.l.fideiussor obligari.in pncipio.ꝛ late firmat Alex.in.l.si domus.§.fi.in quinta limi.ff.de legatis primo reprobando ibi Dan.de ca.ꝛ ibi hoc ēt firmat Jaso.in quinta ampliatione ꝛ Alex.in q̄si.xlvij.visis instrumentis in tertio volu.
17 ¶ †Quarto querit̄ an si obligatio hypotecaria nō vz saltem sit locus retētionis? ꝛ vr dōz q̄ nō p tex.in.l.cū vitiose.ff.de pigno. Tñ in hoc Bar.in.l.j.§.j.eo.titu.opponēdo de.d.l.cū vitiose solvit distinguēdo q̄ aut hipoteca nō valuit q: res nō erat debitoris,ꝛ tūc si res efficiaꝛ debitoris vitiū q̄ obstabat inuenit̄ purgatū ꝛ daꝛ retētio ꝛ hz locū.d.l.j.§.j. Aut hipoteca non valuit ex alia cā vitiosa q̄ nō fuit purgata tūc nō datur retētio ꝛ procedit.d.l.cū vitiose. ¶ †Quinto querit̄ an illud q̄ accedit pigno
18 ri dicaꝛ ēt pignus? ꝛ breuit̄ dōm est q̄ sic p tex.in lege si quenerit.§.si nuda.ꝛ ibi Bar.ff.de pigno.actio. Et iō dī q̄ alluuio q̄ accedit rei pignorate cedit ēt obligationi pignoris vt est tex.in d.§.si nuda.ꝛ tex.in.l.si fundus.in pncipio.ff.de pign.ꝛ similiter omne aliud cōmodū ꝛ ēt incōmodum q̄ fortuito accedit rei pignorate pertinet ad debitorē ꝛ sequit̄ conditionē pignoris.vt l.si inter.§.j.ver.quicquid.ff.de pignor.ꝛ tex.ꝛ ibi no.per bar. ꝛ alios in lege paulus.§.j.ꝛ §.sequenti.eo.titu.de qua tñ materia dōm est vt late dictū fuit supra in secundo mēbro scde partis nume.xxv.cuz alijs ibi sequentibus vsq̄ ad sextā ampliationem. ¶ Et ex hoc infert̄ q̄ predio pignorato cōprehendunt̄ in tali obligatione instrumenta que in illud iportata fuerūt vt ibi perpetuo essent durāte necessitate vt est text.in lege debitor.ꝛ
19 ibi glo.ꝛ Bar.ꝛ alij.ff.de pigno.

¶ †Sexto querit̄ quid si in datione pignoris fuit data vna res pro alia pnta,q: cū debitor daret es affirmauit illud esse aur an saltem in ere valeat pignus? ꝛ rñdet̄ q̄ hoc totū pendet a volūtate creditoris decepti,q: si ipse vult q̄ valeat in ere valebit, si aūt nō vult nō valebit tex.est iuncta glo.not.in.l.j.ff.de pig.ac. Et ex hoc infert Barto.ibi ad finem q̄ ꝛctus in quo creditor fuit deceptus confertur in eius voluntatē fauore ipsius decepti ꝛ in odiū decipientis.similiter in ꝛctu cui dolus dedit causaz.l. eleganter.in pnn.ff.de dolo cum alijs allegatis ibi per Barto. Subditur tñ ibi in tex.in fi.q̄ q dedit vinū pro alio decipiēdo tenebitur ꝛria pignoratitia ꝛ ēt crimine stellionatus per q̄ extra ordinē punitur vt ibi declarat glo.ꝛ ad materiam adde not. per Alex.post Bart. in.l.si id q̄ aurum.ff.de verbo.obliga.
20 ¶ †Sed in vēditiōe qñ daꝛ es p auro nō vz vēditio vt.l.qd tñ in fi.ff.de ꝛben.emptione.ꝛ que sit rō dīe inter pignus ꝛ venditionem ponitur per glo.in.d.l.j.cum qua transeunt ibi doct. ꝛ q̄ debitor qui dedit pignori vnā rē pro alia puniatur crimine stellionatus est tex.ꝛ ibi gl.in.l.iij.§.j.in gl.in verb.aduerterit.
21 ff.de crimi.stellio. ¶ †Jtez adde q̄ debitor vendens rē alteri obligatā asserens illā esse liberā ꝛ nemini obligataz tenet̄ pena falsi vt est tex.ꝛ ibi no.gl.ꝛ Bar.in.l.si a debitore.ff.de fal. Sz qñ nō exprimit illā esse liberā, sed dissimulat illā esse alteri obligatā tenet̄ crimine stellionatus vt ē tex.in.d.l.j.§.j.ꝛ ita declarat gl.in.d.l.si a debitore,sed si dixit illā nō esse alteri obligataz ꝛ si ꝛrium appareret promisit illā liberare cuitat penam falsi vt declarat gl. in.d.l.si a debitore. ¶ Adde ēt q̄ vnū pignus eq̄ idoneū pōt subrogari loco alteri9 existētis apd creditorē vel breū feneratorē.gl.est no.in.l.si titio.ff.de pigno.ꝛ tz Franc.de
22 crema.not.liiij. ¶ †Septimo querit̄ an pignora q̄ data fuerūt in ꝛctu locationis locatori si sit facta tacita recōductio iuxta terminos.l.itē queritur.§.qui impleto.ff.loca.cēseantur repetita in reconductione? ꝛ in hoc distinguendum est q̄ aut dicta pignora data fuerunt in pncipali locatione per conductorez aut per tertium pro ipso cōductore. Nam primo casu censentur repetita,scdo nō , nisi isto scdo casu iterueniat q̄sensus illius tertij.ita nota. Barto. in.d.§. qui impleto in.j.colū.ꝛ sequitur Bald. in.l.legem.C.loca.ꝛz aliud sit in pena adiecta in pncipali locatione,q: illa indistincte nō censetur repetita in ipsa reconuentione tacita,ꝛ rō est q: pena nō est de natura ꝛctus.ita vult Bal. ꝛ sequitur Jmo.in.l.cum pater.§.pater certam.ff.de legatis.ij.
23 ¶ †Adde ēt in materia q̄ ꝛctus pignoris dī ꝛctus noiatus vt not.Bald.in rubri.C.de re.permu.in verb.sed queritur ꝛc.
24 ¶ †Octauo queritur quid si in instrō non sit adiecta hypoteca an notarius possit illā supplere ꝛ apponere ex suo offō? ꝛ Bal. in.l.j.in vlt.col.in versi.sed ponamus.ff.solu.matrimo.ꝛz q̄ sic q: tacitum exprimendo ius cōe non ledit.l.qui mutuā.ff.mand. ꝛ q̄ tacite ineſt per modum fauoris hī pro expresso.l.nō recte .C.de fideius.ꝛ q: notarius vī rogatus scdm naturam ꝛctus vt possit apponere omnia q̄ sunt de eius natura.l.fi.C.de fideius. Postea aūt arguit in ꝛriuz q̄ notarius non possit conficere instrumentuz de eo q̄ ipse intelligit modo rōnis, sed de eo quod percipit sensu.s.vel visu vel auditu. ꝛ sicut testes qui dicerēt hipotecam fuisse expressam,que nō esset expressa , deponerent falsum ita ꝛ notarius, tñ ipse respondet ad hoc q̄ aliud est in tabellione quam sit in testibus,q: ad tabellionem recurritur rōne peritie vnde vī rogatus q̄ scdm peritiam faciat instrumentū. vt no.in.l.j.C.de vsur.ꝛ ita ꝛz Bal. Idem ꝛz Barth. Veronēsis.in.l.q̄ si nolit.§.qui assidua.in.iij.col.ff.de edil. edi.vbi inquit q̄ hypoteca bonorum non posita in ꝛctu hī pro apposita, si notarius erat consuetus eam apponere in suis instrumentis. ꝛ facit lege ꝛ que no.§.q̄ dicitur ibi nō ad illam que inseri quotidie solet cautionibus.ff.de pig.ꝛ facit gl.not.in.l.si fundus.§. j.in versic. exigat.ff.de lege cōmis.ꝛ optimus tex.in.l.si filia.in pnc.ff.famil.hercis.faciūt not.per Alex.in.l.si finita.in pnn. in.j.col.ff.de dam.infec.vbi vult post Bal.in.l.fi.C.de fideius. q̄ notarius simpliciter rogatus vt conficiat instrumentum dz illud conficere cum clausulis consuetis apponi.ad idē not. per Bar.ꝛ Alex.in.l.si prius.§.recte placuit.ff.de aqua plu.arcē. ꝛ q̄ferunt optime no.per Bar.Alex.Socy.ꝛ Jas.in.l.gallus §.idē credēdum.ff.de lib.ꝛ postb. Et facit q: semper partes videntur tacite q̄enire de eo q̄ est q̄suetum vt est gl.no.ꝛ signāda in.l.iiij.§.in cōmissoria.ff.de leg.cōmis.ꝛ Bal.in.l.j.in.ij.q. C.p so.ꝛ in.l.incendiū circa fi.C.si cer.pet.ꝛ in.l.j.iij.col.C.de
25 fructi.ꝛ li.expē. ¶ †Et cīe q̄suete apponi subintelligunt̄ ꝛ habentur p appositis vt est tex.optimus cum gl. in.l.fi.in fi.ꝛ ibi Bal.not.C.d fideius.ꝛ in.l.hmōi vbi no.moder.ff.de leg.i.bo. tex.in.c.cū.m.ferrariē. de q̄sti.quē ibi not.Bal.Ant.Jmol.

ꝛ alij dicẽtes illũ esse meliorẽ tex. de corpe iuris ad probãdũ qꝙ illud qđ solet apponi in ẽctu hꝫ pro appositoét si nõ sit scriptũ ꝛ pro gcḷone vꝝ tenendũ qđ ea que sunt đ nã ẽctus pñt suppleri ex gsuetudinẽ ꝛ stilũ qñ sunt omissa. Ea aũt q̃ sunt de sba ẽctus
26 nõ ita no. Alex. in gsi. xxviij. viso ꝛ prehabito. ij. volu. † Substantialia aũt ẽctus dicuntur sine qbus nõ põt esse actus prout est in ẽctu emptionis ꝛ venditionis res ꝛ pretiũ. Naturalia aũt dicunt̃ illa q̃ tacite intelligunt̃ de nã actus vt declarat gl. magistra in. l. pacta cõuenta in prin. ff. de ẽben. emp. ꝛ plenius Bal. in. l. ad exactionẽ ad fi. C. de do. promis. ꝛ refert Jas. in. l. cũ qd in. i. lectura in. i. col. ff. si cer. pet. ꝛ hꝫ per Bal. in. l. ex pretio in fi. C. eodẽ. ꝛ decisionẽ Bal. in. d. l. j. ff. solu. matri. de hypoteca supplenda tz Jas. in. l. certi condictio. §. si nũmos in. iij. not. ff. si cer. peta. ꝛ Becius in. l. semper in stipulationibus in vlt. col. in ver. ꝛ ex predictis. ff. de reg. iur. ꝛ qd in pena ꝛ qd in infõ an possit suppleri vide per Jas, in. d. §. si nũmos ꝛ per Becium in. d. l. semper in stipulationibus vbi ét ipse firmat distinctiones supra factam inter substãtialia ꝛ nãlia ẽctus. Item qd in gstituto vide Alexan. in. d. gsi. xxviij. ꝛ Becius vbi supra q̃ videnť tenere qđ ista cḷa suppleri nõ possit, tñ ego dubito de hoc pp preceden tia per me allegata, sed nõ examino qr nõ est nostra materia idẽ de clausula gstituti tz Becius in gsil. ccxlvij. vlti. col. referens
27 Alex. in. d. gs. xxviij. ¶ † Nono queriť an qñ pignus vel hipoteca gstituitur pro tãto pretio vel debito qđ verisimiliter non sit spes luitionis dicatur potius alienatio q̃ pignoratio? ꝛ breuiter rñdeť qđ in tali casu nõ dꝫ obligatio sed alienatio facta in creditorẽ. vt. l. legata. §. fi. ꝛ ibi Bart. ff. de suppelle. leg. ꝛ l. q habebat in prin. ff. de leg. iij. ꝛ faciunt not. per Bar. in. l. in quorũ ad
28 fi. ff. de pig. ¶ † Et ex hoc inferunt plura. ꝛ primo qđ stante statuto qđ quilibet teneatur facere describi res suas in estimo creditor tenebiť dictã rẽ sibi pignoratã pro tanta q̃titate qđ nõ sit spes luitionis describere in suo estimo, ꝛ leuare de estimo debitoris ita not. Ang. in. l. cum notissimi in prin. C. de prescri. xxx. an. ꝛ late ponit Alex. in. l. j. § per seruũ corpaliter. ff. de acquir. poss. mouet̃ per dictã legẽ q habebat ꝛ per plura alia de qbus
29 ibi per eum. ¶ † Scđo infertur qđ tz alias debitor dicať possidere rẽ pignoratã quo ad vsucapionẽ ꝛ oẽs effectus ꝛcernẽtes dñiũ ꝛ fructuũ acquisitionẽ, ꝛ quo ad alios effectus preter predictos cẽseať possidere creditor, tñ qñ res pignorata est pro tãto debito qꝙ verisimiliter non sit spes luitionis tunc quo ad oẽs effectus ꝛ indistincte hꝫ perinde ac si dicta res esset ipsius creditoris. ita tenent Alex. ꝛ Jas. post alios in. d. l. j. § per seruum corporaliter, ꝛ tz ibi Socy subtiliter aliqua in ẽtrariũ adducat tñ dicit qđ in indicando nõ est recedendũ a cõi opinione. ¶ Tertio infertur qđ tz alias testator superuinens pignoret suo creditori rẽ legatã alteri ꝛ per pignorationẽ nõ censeatur adimere legatum per. l. q post. C. de leg. ꝛ l. si res obligata. ff. de lega. j. Tñ secus est si testator pignorat dictã rẽ pro tanta q̃titate qđ nõ sit spes luitionis nã tunc dicetur ademptũ legatũ perinde ac si plene ꝛ perfecte alienasset ita firmat Alex. in. d. §. p seruũ corpaliť post Barto. in. l. rẽ legatã in finalibus verbis. ff. de adimẽ. leg.
30 ¶ † Quarto infertur qđ tz alias fructus pcepti per creditorez ex re pignorata veniant imputandi in sortem iuxta. l. j. ꝛ ij. C. de pig. acti. Tñ qñ res fuit pignorata pro tanta q̃titate qđ nõ est verisimiliter spes luitionis creditor facit fructus suos ꝛ eos lucrať tanq̃ perceptos ex re propria. ita no. Alex. in. d. § per seruũz corpaliter ꝛ ibi ét Jas. qui ét infert ad quedã alia vt ibi per eum. ¶ Itẽ adde predictis qđ illud qđ dictum est de re pignorata pro tanto debito qđ sit verisimiliter spes luitionis cum illationibus predictis procedit nõ solum qñ res pignorata est tradita creditori ꝛ sic in proprio pignore, sed ét in re simpliciter hypotecata absq̃ traditione ita firmat Alex. in. d. l. si res obliga-
31 ta in prin. ij. col. tz ibi Raph. attentauerit ẽtrariũ. ¶ † Inquãtum aũt dictum fuit supra qđ debitor censetur possidere rẽ pignoratam quo ad effectus ꝛcernentes dñiũ vel acquisitionẽ fructuũ, creditor vero dꝫ possidere quo ad alios effectus vt hꝫ. in. d. §. p seruũ corpaliter supple ꝛ declara aliquibus modis, ꝛ primo qđ creditor turbatus in possessione rei pignorate hꝫ interdictũ vti possidetis, vt hꝫ p Alex. Jas. ꝛ alios in. d. §. p seruũ corpaliter. ¶ Scđo declara qđ intantũ creditor dꝫ possidere pignus quo ad alios effectus preter cõcernentes dñiũ ꝛ fructuũ acquisitionem, qđ debitor ét qđ sit dñs rei pignorate põt ꝙducere ꝛ precario rogare illã rẽ a creditore vt est tex. in. l. cuz ꝛ sortis. §. fi. ff. de pig. act. ꝛ ibi no. Bar. qđ est mirabile ex eo qđ precarium ꝛ cõductio ꝙsistit in re propria ẽ tex. in. l. neq̃ pignus. ff. de reg. iur. ꝛ in. l. qui rẽ suã. ff. depoſi. sed vt soluit gl. in. d. §. fi. istud est rõne possessionis que apud creditorẽ est. vt. l. certe. §. fi. cũ. l. seq. ff. de precar. ꝛ hꝫ in. l. si aliquã. ff. de acqui. pos. ad idẽ tex. in. l. si pignus. ff. de pig. actio. ꝛ in. l. qui pignoris. ff. de acquire. possef.
32 ¶ † Et per predicta dicebat Ro. in singu. car. xvi. col. iij. incipit q̃riť a me an creditor ꝛc. qꝙ creditor in castro pignorato põt exercere iurisdictionẽ. allegat. l. elegãter. §. fi. ff. de pig. ¶ Tertio declara qꝙ debitor dꝫ ét possidere pignus alio respectu qr. s. per illud releuatur ab onere satisfãdi iuxta. l. sciẽdũ. §. possessor ff. qui satisda. coganť. ꝛ ibi per Alex. in fi. ꝛ hoc qñ pignus cõsistat in re mobili. ita declarat Jas. in. d. §. per seruũ corpaliter.
33 ¶ † Quarto declara qđ illud dictũ est qđ debitor dicatur possidere quo ad effectum vsucapiẽdi, dꝫ intelligi respectu vsucapionis dñij, secus aũt est respectu vsucapionis seu prescriptionis actionis hypotecarie, qr isto respectu dꝫ possidere ét creditor. l. de accessionibus. §. j. ff. de diuersi. ꝛ temp. prescri. ita tz Jas. in
34 d. § per seruũ corpaliter. ¶ † Quinto declara qđ possessio debitoris in pignore quo ad effectus predictos dꝫ ficta possessio, qr s. creditor possidet ciuiliter ꝛ naturaliter ipsum pignus sibi traditum ad vtilitatẽ tñ debitoris, ꝛ iõ effectus vsucapionis ꝛ prescriptionis predicte qui explicantur ad cõmoduz debitoris cansantur a ficta possessione qr fingitur debitor possidere mediãte persona creditoris qui vere possidet sed possidet ad vtilitatẽ debitoris quo ad predictos effectus. l. qui pignoris. ff. de acquirẽ. possess. ꝛ ita Jas. in. d. §. per seruum corporaliter in fi. que not.
35 ¶ † Videndum mõ restat in hoc primo membro per quas personas possit vel nõ possit cõstitui pignus seu hypoteca ꝙuentionalis? ꝛ primo dõm est qđ pignus vel hypoteca non solum per dñm rei sed ét per procuratorẽ vel negotiorꝫ gestorẽ gstitui põt. Et si procurator habuerit idoneũ mandatuz valebit pignoratio absq̃ alia ratificatione domini, si aũt mandatum non fuerit idoneum vel fuerit simplex nego. gest. qui pignorauit tunc pro validitate dicte pignorationis requiritur ratificatio dñi vt de predictis est tex. in. l. si inter. in princi. ꝛ ibi no. Bart. ff. de pig.
36 ¶ † Ut aũt mandatum dicať idoneum seu validum ad pignorandum requiritur quod sit speciale ad pignorandũ. vt. l. solutum. §. fi. ff. de pig. acti. nõ tñ requiritur qđ sit indiuiduũ ad pignorandum talẽ rẽ tali, sed sufficit qđ sit in spẽ ad pignorandum res iuxta not. p Bar. in. l. si filiusfa. col. fi. ff. de donatio. ꝛ late per Alex. in gsi. clxxxix. viso statuto, nn. vij. vij. volu. vbi pulchre de hoc. Itẽ diceretur mandatuz sufficiens si esset concessa administratio vniuersorũ bonorũ. vt. l. vel vniuersorũ. ff. de pig. act. vel si esset datum mandatũ gñale cum libera. vt. l procuratoz cui libera. ff. de procurato. ꝛ tz gl. in. d. l. vel vniuersorũ ꝛ gl. in. l. i. ꝛ ibi Bart. C. si aliena res pign. da. sit. Itẽ diceretur sufficiens mandatũ ét si esset gñale sine libera qñ dñs solitus esset talia facẽ vez pecunias mutuas sub pignoriby accipe. vt est tex. ꝛ gl. in. d. l. vel vniuersoz. ꝛ gl. in. d. l. j. ꝛ ibi Bar. ¶ Et insup qñ nõ haberet idoneũ mandatũ ꝛ nõ appareret de ratificatiõe dñi, si tñ pecunia mutuata per creditorẽ procuratori nõ idoneo vel neg. gest. esset versa in vtilitatẽ dñi ꝛ creditor possideret de facto rẽ pignoratã posset creditor ercipere ẽ debitorẽ repetentez pignus ꝛ vti retẽtione donec sibi restituať sua pecunia versa in vtilitatẽ debitoris. tex. est in. d. l. j. C. si alie. res pig. da sit, ꝛ ibi not. Bar. Bal. ꝛ Saly. ꝛ ét vltra retẽtionẽ qñ creditor nõ possideret pignus, ꝛ pecunia per eũ mutuata esset versa in vtilitatez debitoris daretur ei ẽ debitorẽ pro restitutione sue pecunie actio vtilis neg. gest. vt tz gl. in. d. l. j. in glo. ij. in fi. ꝛ ibi seqtur Saly. ¶ Sed dubitatur in predictis quid si procurator nõ habens mandatũ obligauit rẽ dñi quo casu obligatio est nulla. l. rẽ alienam. ff. de pigno. act. An si postea sequatur ratificatio dñi que validat dictã obligationẽ vt. d. l. si inter in prin. An tali casu dicta obligatio validetur retro vsq̃ a principio, ita qđ quibz dictã obligationẽ veniat preferendus alijs hypotecis factis per dñm post dictã obligationẽ procuratoris ꝛ ante ratificationem? ꝛ breuiter dicẽdum est qđ respectu domini ratificantis dicta obligatio validatur retro, sed respectu tertij cui ratum habens medio tempore obligasset nõ validatur retro, nec talis ratificatio illi tertio preiudicat. ita probatur in. l. i. ꝛ ij. ff. de pign. act. ꝛ in. l. potior. §. j. ff. qui potio. in pign. habe. Et istam conclusionem tz Bar. post Gulicl. in. l. rem alienam ff. de pigno. act. vbi vult qđ ratificatio facta per dominum de obligatione facta de re sua per extraneum preiudicet ipsi ratificanti ꝛ retrotrahatur ad principium in preiudicium ipsius ratificantis, sed nõ in preiudicium illius cui dñs obligauit dictam rem anteq̃ ratificaret, nam secundus eum illi actui medio ratificatio nihil preiudicat per iura que ibi allegat, ꝛ ita ét clarius firmat ibi Sali.

Idem

Idē tz Bar. in. l. si indebitū. §. fi. ff. rē ratā haberi. i. l. si fundus. §. j. ff. de pig. & Salice. in. l. pen. C. si alie. res pig. da. sit. & exp̄sse cōsuluit Socinus in q̄si. cxxvj. in cā scōi decreti. iiij. vol. vbi ponit & decidit casus q̄ duo obligauerāt bona patris p̄ dote filie sine mādato patris, deinde pater dicta bona obligauerat alteri & postea ratificauit obligationē factā p̄ dicta dote, dr̄ ibi q̄ obligatio facta p̄ patrez alteri dz esse p̄ior & potior, q̄ ratificatio patris nō pōt trahi retro in p̄eiudiciuz iuris q̄siti illi tertio cui pater obligauit illa bona anteq̄ ratificasset obligationē factaz
37 p̄ dote filie. ¶ † Et p̄ dicta q̄clusione facit id q̄ notat Barto. in. l. quoties ad finē. ff. de noua. vbi dicit q̄ obligatio q̄ditionalis purificata q̄ditione retrotrahit̄ nisi obstet defectus rei vel p
